Pharmacopoeias

London

1836

Errata slip wanting

# PHARMACOPŒIA

COLLEGII REGALIS

# MEDICORUM

LONDINENSIS.

# PHARMACOPŒIA

COLLEGII REGALIS

# MEDICORUM

LONDINENSIS.

---

LONDINI:

APUD GEORGIUM WOODFALL, ANGEL COURT, SKINNER STREET.

1836.

SACRÆ MAJESTATI

SERENISSIMI CELSISSIMIQUE

PRINCIPIS

GULIELMI QUARTI,

DEI GRATIA,

BRITANNIARUM REGIS,

FIDEI DEFENSORIS,

REGIS HANOVERÆ,

AC BRUNSVICI ET LUNENBURGI DUCIS,

HOC OPUS,

ITERUM RECOGNITUM AC RETRACTATUM,

SUMMO CUM STUDIO ET REVERENTIA,

IN MANUS ET CLIENTELAM TRADIT

COLLEGIUM MEDICORUM LONDINENSE.

IMPRIMATUR,

Hic liber, cui titulus, PHARMACOPŒIA COLLEGII REGALIS MEDICORUM LONDINENSIS.

Datum ex ædibus Collegii in comitiis censoriis, Novembris Mensis 4to, 1836.

HENRICUS HALFORD, Præses.

| | |
|---|---|
| Johannes Ayrton Paris,<br>Gulielmus Fredericus Chambers,<br>Henricus Holland,<br>Ricardus Bright, | Censores. |

At the Court at *St. James's*, the 26th of *October*, 1836.

PRESENT,

The KING'S Most Excellent MAJESTY, in Council.

WHEREAS there was this day read at the Board, the humble memorial of Sir HENRY HALFORD, Baronet, Physician to His Majesty, and President of the College or Commonalty of the Faculty of Physic in *London*, setting forth that the said President and College have with great care, pains, and industry, revised, corrected and reformed a Book by them formerly published, intituled, *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis*, prescribing and directing the

manner of preparing all sorts of Medicines therein contained, together with the true weights and measures by which they ought to be made; which book is now perfected and ready to be published, and it is conceived will contribute to the public good of His Majesty's Subjects, by preventing all deceits, differences and uncertainties in making or compounding of Medicines, if, for the future, the manner and form prescribed therein should be practised by Apothecaries and others, in their compositions of Medicines; the Memorialist therefore most humbly prays that His Majesty will be most graciously pleased to enforce the Observance thereof in such manner as to His Majesty shall seem meet; His Majesty this day took the same memorial into

His Royal Consideration, and being desirous to provide, in all Cases, for the Common Good of His People, and being persuaded that the establishing the general use of the said Book may tend to the prevention of such Deceits in the making and compounding Medicines wherein the Lives and Health of His Majesty's Subjects are so highly concerned, hath therefore thought fit, by and with the advice of His Privy Council, hereby to notify to all Apothecaries and others concerned, to the intent they may not pretend Ignorance thereof, that the said Book called *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis,* is perfected and ready to be published ; And His Majesty doth therefore strictly require, charge, and Command all and singular

Apothecaries and others, whose Business it is to compound Medicines or Distil Oils or Waters, or make other Extracts within any part of His Majesty's Kingdom of *Great Britain* called *England*, Dominion of *Wales* or Town of *Berwick-upon-Tweed*, that they and every of them immediately after the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis*, shall be printed and published, do not compound or make any Medicine or Medicinal Receipt or Prescription or distil any Oil or Waters, or make other Extracts that are or shall be in the said *Pharmacopœia Collegii Regalis Medicorum Londinensis* mentioned or named in any other manner or form than is or shall be directed, prescribed and set down by the said Book, and according to

the Weights and Measures that are or shall be therein limited, except it shall be by the special direction or prescription of some learned Physician in that behalf; And His Majesty doth hereby declare that the Offenders to the contrary shall not only incur His Majesty's just Displeasure, but be proceeded against for such their Contempt and Offences according to the utmost severity of Law.

W. L. BATHURST.

# NOMINA SOCIORUM

## ET

# PERMISSORUM

## COLLEGII REGALIS MEDICORUM

## LONDINENSIS.

---

### SOCII.

HENRICUS HALFORD, *Baronettus, Summi Ordinis Eques Han: Regis et Reginæ Medicus*, PRÆSES.
Devereux Mytton.
Johannes Latham.
Edouardus Roberts.
Georgius Paulet Morris.
Gulielmus Heberden, *Electus*.
Algernon Frampton, *Electus*.
Devey Fearon.

Samuel Holland.
Jacobus Franck.
Georgius Smith Gibbes, *Eques auratus.*
Gulielmus Lambe, *Electus.*
Johannes Johnstone.
Jacobus Fellowes, *Eques auratus.*
Carolus Price, *Regis Medicus Extraordinarius.*
Thomas Turner, *Reginæ Medicus Extraordinarius, Electus, Thesaurarius.*
Edouardus Nathaniel Bancroft.
Carolus Dalston Nevinson.
Robertus Bree, *Electus.*
Johannes Cooke.
Arthurus Brooke Faulkner, *Eques auratus.*
Thomas Hume, *Electus.*
Petrus Rainier.
Tristramus Whitter.
Clemens Hue, *Electus.*
Johannes Bright.
Henricus Jacobus Cholmeley.
Thomas Carolus Morgan, *Eques auratus.*
Ricardus Simmons.
Josephus Ager.
Josephus Cope.
Jacobus Tattersall.
Thomas Dunne.
Johannes Ayrton Paris, *Censor.*
Johannes Blackall.

Edouardus Thomas Monro.
Gulielmus Henricus Fitton.
Gulielmus Henricus Williams.
Robertus Williams.
Johannes Kidd, *Medicinæ Regius Professor, Oxoniæ.*
Gulielmus Macmichael, *Regis Medicus.*
Johannes Haviland, *Medicinæ Regius Professor, Cantabrigiæ.*
Petrus Mere Latham.
Josephus Hurlock.
Carolus Badham.
Robertus Lloyd.
Carolus Henricus Hardy.
Gulielmus Fredericus Chambers, *Reginæ Medicus, Censor.*
Johannes Scott.
Thomas Mayo.
Johannes Ranicar Park.
Gulielmus Montgomery Boyton.
Archibaldus Billing.
Gulielmus King.
Carolus Ludovicus Meryon.
Jeremiah Gladwin Cloves.
Franciscus Willis.
Johannes Warburton.
Jacobus Adey Ogle.
Carolus Daubeny.
Johannes Elliotson.

Jacobus Yonge.
Franciscus Hopkins Ramadge.
Henricus Herbert Southey, *Reginæ Medicus Extraordinarius.*
Cornwallis Hewett, *Regis Medicus Extraordinarius.*
Franciscus Hawkins, *Medicus ad Regis Familiam, Registrarius.*
Johannes Carr Badeley.
Harricus Gulielmus Carter.
Jacobus Arthurus Wilson.
Jacobus M'Grigor, *Baronettus, Regis Medicus Extraordinarius.*
Thomas Watson.
Georgius Leith Roupell.
Ricardus Prichard Smith.
Johannes Spurgin.
Bisset Hawkins.
Ricardus Formby.
Georgius Freckleton.
Edouardus Jacobus Seymour.
Johannes Wilson.
Henricus Holland, *Regis Medicus Extraordinarius, Censor.*
Johannes Clendinning.
Christophorus Johannes Robertus Allatt.
Edmundus Lambert.
Gulielmus Prout.
Gulielmus Clark.

Georgius Hall.
Jacobus Alderson.
Johannes Burdett Steward.
Ricardus Pinckard.
Georgius Shaw.
Petrus Marcus Roget.
Henricus Shuckburgh Roots.
Thomas Waterfield.
Arthurus Mower.
Daniel Chambers Macreight.
Benjamin Guy Babington.
Gulielmus Josephus Bayne.
Ricardus Bright, *Censor.*
Edouardus Morton.
Johannes Mitchinson Calvert.
Henricus Burton.
Georgius Burrows.
Nicolaus Franciscus Davison.
Thomas Elliotson.
Alexander Philip Wilson Philip.
Philippus Lovell Phillips.
David Badham.
Gulielmus Gurden Peene.
Jacobus Johnstone.
Thomas Heberden.
Stephanus Love Hammick.
Algernon Frampton.
Johannes Bramston Wilmot.
Henricus Johannes Hayles Bond.

Georgius Hamilton Roe.
Matthæus Johannes Tierney, *Baronettus, Regis Medicus.*
Alexander Robertus Sutherland.
Johannes Robertus Hume, *Regis Medicus Extraordinarius.*
Jacobus Alexander Gordon.
Rodericus Macleod.
Carolus Locock, *Reginæ Medicus Extraordinarius.*
Gulielmus Burnett, *Eques auratus Han: Regis Medicus.*
Carolus Mansfield Clarke, *Baronettus, Reginæ Medicus.*
Warner Wright.
Johannes Harris.
Carolus Morgan Lémann.

## CANDIDATI.

Gulielmus Dallas Bernard.
Gulielmus Penrice Borrett.
Georgius Edouardus Wilmot Wood.
Johannes Barr.
Robertus Bentley Todd.
Gulielmus Duke.

## CANDIDATI-INCEPTORES.

Johannes Bamfylde Daniell.

Heneage Gibbes.
Fredericus Johannes Farre.
Carolus Jacobus Berridge Aldis.
Georgius Hilaro Barlow.
Henricus Sumner Dyer.
Edouardus Augustus Domeier.
Gulielmus Travers Cox.
Gulielmus Emmanuel Page.
Ricardus Chandler Alexander.
Thomas Alfredus Barker.
Georgius Budd.
Henricus Powell.
Robertus Nairne.
Thomas Forbes Reynolds.
Henricus Jeaffreson.
Georgius Pardoe.
Carolus Jacobus Johnstone.
Georgius E. Paget.
Robertus Venables.
Mervyn Archdall Nott Crawford.
Leonardus R. Willan.

PERMISSI.

Ricardus Kentish.
Alexander Crichton, *Eques auratus.*
Johannes Rogerson.
Johannes Murray.
Thomas Blair.

Philippus Elliot.
Edouardus Thomas.
Stewart Crawford.
Ricardus Fowler.
Robertus Graves.
Robertus Wightman.
Thomas Nelson.
Johannes Yelloly.
Halliday Lidderdale.
Franciscus Home.
Alexander Aberdour.
Gulielmus Pitts Dimsdale.
Josephus Skey.
Henricus Clutterbuck.
Robertus Batty.
Samuel Irving.
Johannes Duncan.
Jacobus Laird.
Johannes Herdman.
Johannes Ricardus Farre.
Robertus Calvert.
Georgius Alexander Morewood.
Ricardus Duncan Mackintosh.
Carolus Henricus Parry.
Johannes Fredericus Lampert.
Gulielmus Gordon.
Robertus Robinson Watson Robinson.
Carolus Bankhead.
David Uwins.

Georgius Birkbeck.
Alexander Morrison.
Jacobus Mac Dougle.
Johannes Mac Mullin.
Georgius Rees.
Gulielmus Shearman.
Johannes Ford Davis.
Christophorus Cooper.
Alexander Henderson.
Edoinus Godden Jones.
Josephus De Courcy Laffan, *Baronettus.*
Robertus Burgoyne Tomkins.
Thomas Hancock.
Johannes Booth.
Thomas Mac Whirter.
Johannes Hinds.
Johannes Franciscus Berger.
Carolus Mackenzie.
Thomas Brown.
Georgius Dent.
Gulielmus Mason.
Benjamin Fonseca Outram.
Gulielmus Bromet.
Thomas Smith.
Thomas Jones.
Donaldus Mackinnon.
Adamus Black.
Franciscus Hitchen Northen.
Robertus Johannes Thornton.

Georgius Goldie.
Georgius Cumming.
Matthæus Brydie Cowie.
Carolus Wightman.
Thomas Drever.
Thomas Grey, *Eques auratus.*
R. B. Dennison.
Johannes Foley.
Henricus Clements.
David Davis.
Radulphus Eden.
Thomas Coulson Carpenter.
Robertus Daun.
Gulielmus Sainsbury.
Carolus Scudamore, *Eques auratus.*
Gulielmus Back.
Carolus Ferguson Forbes.
Thomas Donahoo.
Theodorus Gordon.
David Plenderleath.
Robertus Richardson.
Robertus Chisholm.
Hugo Bone.
Josephus Mitchell.
Gulielmus Silver.
Bartholomæus de Sanctis.
Georgius Gregory.
Neil Arnott.
Gulielmus Somerville.

Thomas Moore.
Thomas Thomson.
Augustus Bozzi Granville.
Gulielmus Beatty, *Eques auratus.*
Gualterus Adam.
Benjamin Cruttall Pierce.
Duncanus Mac Arthur.
Jacobus Blundell.
Johannes Ashburner.
Hugo Ley.
Henricus Lee.
Johannes Hall.
Matthias Kenny.
Johannes Sims.
Johannes Tricker Conquest.
Georgius Darling.
Thomas Addison.
Andreas Halliday, *Eques auratus.*
Georgius Hume Weatherhead.
Jacobus Copland.
Gulielmus Rhodes Bernard.
Johannes Jacobus Furnivall.
Robertus Masters Kerrison.
Johannes Gogill Leath.
Augustinus Sayer.
Johannes Garthshore Thomson.
Robertus Alexander Chermside, *Eques auratus, Han.*
Henricus Ronalds.

Johannes Webster.
Thomas Southwood Smith.
Jacobus Johnson, *Regis Medicus Extraordinarius.*
Hannanel de Leon.
Carolus Julius Roberts.
Georgius Le Fevre.
Jacobus Cove Jones.
Petrus Franciscus Luard.
Johannes Gibbs.
Jacobus Veitch.
Alexander Tweedie.
Julius Rucco.
Henricus Blegborough.
Georgius Magrath, *Eques auratus.*
Ricardus Lewin Pennell.
Georgius Haines Jones.
Fredericus Cobb.
Robertus Lee.
Gulielmus Gairdner.
Thomas Harrison Burder.
Carolus Thomas.
Johannes Hawker English, *Eques auratus.*
Jacobus Black.
Jacobus Bartlet.
Johannes Burne.
Paris Thomas Dick.
Gulielmus Baker.
Henricus Davies.

Henricus Reeder.
Samuel Shering Keddle.
Ynyr Burges.
Johannes Haslam.
Thomas H. Ridgway.
Ricardus Waring.
Johannes B. Mathews.
Josephus Ayre.
Gulielmus Landen Hopkinson.
Johannes Gulielmus Calvert.
Thomas Davies.
Georgius Mann Burrows.
Johannes Whiting.
Robertus Ferguson.
Johannes B. James.
Henricus Harington.
Ricardus Dobson, *Eques auratus.*
Jacobus Don.
Thomas Dowler.
Gulielmus Milligan.
Gulielmus Whymper, *Eques auratus.*
Leonardus Stewart.
Jacobus Craig Somerville.
Gulielmus Stroud.
Jacobus Mac Donnell.
Johannes Hannath.
Benjamin Golding.
Gulielmus Speir.
Samuel Millar.
Thomas Hodgkin.

Ricardus Davie.
Petrus Fredericus de Jersey.
Carolus Lush.
Franciscus Boot.
Johannes Wilton.
Johannes Forbes.
Georgius G. Sigmond.
Carolus Phillips.
Whitlock Nicholl.
Jacobus Clark.
Jacobus Scott.
Carolus Agar Hunt.
Franciscus Henricus Ramsbotham.
Franciscus Lémann.
Carolus Willard Thomas.
Gulielmus Byam Wilmot.
Johannes Barclay Sheil.
Henricus Riley.
Marshall Hall.
Andreas Wood Baird.
Gulielmus Henricus Foote.
Antonius Todd Thomson.
Carolus Nayler.
Gulielmus Munro.
Carolus Jacobus Fox.
Johannes Freer.
Johannes Macbraire.
Jacobus Hope.
Fredericus B. Glasspoole.
Carolus Holland.

Johannes Conolly.
Nathaniel Lister.
Jacobus Dunlap.
Gulielmus Beattie.
Tweedy Johannes Todd.
Sigismundus Stolterforth.
Ricardus Burke.
Stephanus Hall.
Jacobus Lilburn.
Benjamin Goodwin Davis.
Georgius Sarmon Lilburn.
Georgius Henricus Heathcote.
Michael Ryan.
Johannes Whitsed.
Alfredus Pett.
Robertus Rowley.
Jacobus E. Anderson, *Eques auratus.*
Robertus Dickson.
Carolus Jacobus Blasius Williams.
Georgius Fredericus Collier.
Edouardus Rigby.
Carolus Wilkinson.
Gulielmus Rupell, *Baronettus.*
Josephus Wyatt Crane.
Edouardus Dew.
Jacobus Bradley.
Johannes S. Campbell.
Thomas Wilson.
Jacobus Byron Bradley.

Thomas Davison.
Georgius Samuel Jenks.
Arthurus Todd Holroyd.
Petrus Nugent Kingston.
Adair Crawford.
Ricardus Roscoe.
Gulielmus D. Chowne.
Georgius Cursham.
Ricardus Rowland.
Theophilus Thompson.
Isaacus Pidduck.
Josephus Moore.
Fredericus Leighton.
Johannes Thompson.
Henricus Marshall Hughes.
Seth Thomson.
Edoinus Harrison.
Lawson Cape.
Robertus Boyd.
Johannes Knox Vade.
Samuel Ashwell.
Griffith Franciscus Dorsett Evans.
Johannes Steggall.
Robertus Boyd.
Jacobus Eyre, *Eques auratus.*
Gulielmus Cummin.
Jacobus Risdon Bennett.
Thomas Gulielmus Jones.

## PERMISSI EXTRA URBEM.

Gulielmus May.
J. Newman.
Samuel Edmonds.
Gaspard Carolus De la Rive.
Johannes Chapman.
Johannes Edmonds Stock.
Johannes Jacobus De Roches.
Johannes O'Ryan.
Johannes Robinson.
Patricius Miller.
Gualterus Carolus Heywood.
Robertus Anderson.
Jacobus Clough.
Carolus Littlehales.
Johannes Erly.
Georgius Bellamy.
Josephus Da Cunha.
Jacobus Proud Johnson.
Samuel Mac Guffog.
David Davies.
Johannes Carnegie.
Gulielmus Kettle.
Gulielmus Towsey.
Fredericus Granger.
David Lewis.
Thomas Foster Barham.

David Jacobus Hamilton Dickson, *Eques auratus.*
Henricus Hart.
Josephus Brown.
Gualterus D. Jones.
Gulielmus Samways Oke.
Edouardus Scudamore.
Alexander Giles Kennedy.
Gulielmus Terry.
Gulielmus Ferguson.
Fredericus Hardy.
Carolus Severn.
Johannes Williams.
Samuel Elliot Hoskins.
Gulielmus Turnbull.
Johannes Birt Davies.
Jacobus Edwards.

# PRÆFATIO.

Cum artes omnes, quibus medicinæ scientia continetur, amplificatas et pene renovatas nostra ætas viderit, nihil mirum si Pharmacopœia, annis duodecim abhinc edita, manca quodammodo et obsoleta facta sit. Ad hanc itaque recogitandam et retractandam jamdudum se accinxerat Collegium Medicorum; sed opus quo minus absolutum esset, plurima obstabant. Nam non modo res semper ardua est multorum hominum sententias in unum colligere, justeque perpendere; sed nostrum fuit præterea de minimis sæpe laborare, et quid antiquum ejiciendum esset, quid corrigendum, quid novum adsciscendum, diligenter considerare, tum singula quo optime modo fierent judicare, planeque explicare. In his multi fuimus. Attamen paulum progressis nova difficultas orta est; siquidem Pharmacopœiam non, ut ante, Londinensem, verum Britannicam conficere voluimus, quæ scilicet Scotiam, Hiberni-

amque, cum Anglia simul complecteretur. Hinc gentis utriusque Academias in consilium vocare necesse fuit; quod cum ex locis tam longinquis vix, aut ne vix, fieri posset, tandem negotio incepto desistere coacti sumus.

Non est hujus loci monstrare per quos viros, quibusque disciplinis auctum scientiarum imperium sit; quamvis inter illos, qui id maxime promoverunt, fuerint etiam quos Collegium Medicorum sibi vindicet. Cum vero naturæ universæ cognitio passibus tam citatis incesserit, indignum fuisset medicinam in hac parte, quæ ad remedia spectat, videri claudicare.

Quid tandem a nobis effectum sit, breviter exponere conveniet. Neque enim medicamentorum seriem describere contenti sumus, nisi omnia fuissemus denuo perscrutati, tum res chemicas, quæ momento ac numero in annos plurimum creverunt, severo experimentorum judicio imprimis subjecissemus. Harum nonnullæ si usu parum comprobatæ videantur, nihilo minus in eundem librum conclusimus, ut quisquis eas aliquando ministrandas putet, unamquamque quam accurate factam habeat. Ad hæc, ne quid aut operis perfectioni, aut ægrotantium securitati desit, notas breves nunc primum

adjecimus, quibus medicamentorum, quam desideramus, sinceritas facile plerumque detegi possit; quantum scilicet utilitati medicorum, nec non studentium medicinæ, etsi non semper chemicorum curiosæ analysi, sufficiat.

Nonnulla, de quibus hic agitur, cum a mercatoribus, nullo negotio, satis pura habeantur, horum præparandorum rationem plerumque silentio præteriimus; licet ex his quædam nostro more præcipere maluimus, quam curæ, aut incuriæ, aliorum permittere. Et si crystalli aliunde pulchriores, si colores splendidiores ex abundantiore materia producti sint, hæc nihil faciunt ad levationem corporis afflicti.

Id quoque in Pharmacopœia nostra novum est, quod ordinem literarum usque sequi constituimus. Hoc si cui minus videatur artificiosum, sciat nos medentium commodis, non placitis philosophorum, neque otiosorum delectationi, servire. Tamen ex hoc censu chemica quædam excipienda sunt, quæ cum habeant commune vinculum, et quasi cognatione quadam inter se contineantur, legitime dissociari non poterant.

De nominum mutatione vix opus est ho-

dierno die disputare. Cum enim omnes fateantur eam inconsulte fieri non debere, tamen verendum erat ne erroris inde nascituri vitatio in errorem graviorem ducat; quoniam nobis persuasum est rei cujusque nomen id demum certissimum et stabilissimum fore, quod artis suæ principes imposuerint. Itaque nos horum vestigiis insistere decrevimus, et incommodum, si quod sit, parumper sustinere, aut barbare loqui discere, potius quam ex voce dubia et male definita in obscuritatis periculum incidere. Quod si nomen unum atque alterum ipsi finxerimus, id fecimus iisdem nixi principiis.

Hæc sunt, quæ in principio notare visum est. Nec tamen ii sumus, qui omnibus nos satisfacturos speremus, aut, quæ cupimus ipsi, omnia explevisse. Erunt fortasse qui nimis copiosum, erunt qui nimis brevem et contractum librum nostrum putent. Nobis profecto in votis fuit, si omnibus placere non detur, quamplurimis saltem benefacere; gaudebimusque si juvenes studiosi, medicamentorumque opifices, doctique, vel indocti, fructum aliquem ex nostro labore percipiant. Sed ante omnia medicorum supellectili adornandæ, et ægrorum saluti

consuluimus, ut et illi certius tutiusque cum morbis contendant, et hi in lucem optatam sanitatis ocius restituantur.

# ORDO CAPITUM.

# PHARMACOPŒIA

## LONDINENSIS.

# ERRATA ET CORRIGENDA.

---

Pag. 22, l. 27. *pro* Chinchona *lege* Cinchona.
31, l. 2. *lege* Quod ex hoc liquore a plumbi acetate demittitur, id &c.
49, l. 3. *pro* 29.7 *lege* 30.7.
53, l. 12. *lege* ~~Acido hydrosulphurico dilato~~ adjecto, acidum carbonicum et chlorinium simul emittit.
57, l. 5. *pro* et *lege* ex.
66, 7, 8, 9, 70, 1, 2, 3, 4, l. 1. *pro* ALKALINI *lege* ALKALINA.
73, l. 22. *lege* Magnesiam ad saturationem usque.
77, 8, l. 1. *pro* AQUA *lege* AQUÆ.
101, l. 11. *dele* fluiduncias.

# PHARMACOPŒIA
## LONDINENSIS.

---

### PONDERA, MENSURÆ, &c.

Cum duo ponderum genera in Angliâ usu recepta sint, quorum altero aurum et argentum, altero cæteræ omnes ferè merces æstimantur, nos priore utimur, quod et *Troy Weight* vocatur; libramque sic dispertimus, *videlicet:*

| | | |
|---|---|---|
| Libra ℔ | habet | Uncias duodecim, ℥ xij. |
| Uncia ℥ | habet | Drachmas octo, ʒ viij. |
| Drachma ʒ | habet | Scrupulos tres, ℈ iij. |
| Scrupulus ℈ | habet | Grana viginti, gr. xx. |
| Granum gr. | | |

Notas apposuimus, quibus pondus quodque designare consuetum est.

Mensuris liquidorum utimur ex congio,

legibus regni definito, deductis: hunc ad usus medicinales sic dispertimus, *videlicet:*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Congius | C | habet | Octarios octo, | O viij. |
| Octarius | O | habet | Fluiduncias viginti, | f℥ xx. |
| Fluiduncia | f℥ | habet | Fluidrachmas octo, | fʒ viij. |
| Fluidrachma | fʒ | habet | Minima sexaginta, | ♏ lx. |
| Minimum | ♏ | | | |

Notas apposuimus, quibus quamque mensuram designamus.

Videndum est, ne quid vitii capiant medicamenta ex materiâ vasorum in quibus vel præparantur, vel servantur.

Præparata omnia acida, vel alkalina, vel metallica, et generis cujuscunque sales, in vasis vitreis obturatis, servare oportet. Quibusdam convenit ut vitrum nigrum sit, aut viride.

Ubicunque de acidorum vel alkalium saturatione agitur, utrùm absoluta ea sit, necnè, Lacmi ope et Curcumæ (uti apud Chemicos mos est) decerni volumus. Chartâ bibulâ, nisi aliter provisum sit, cum ad liquores colandos, tum ad crystallos exsiccandas, utendum est.

Caloris gradum thermometro *Fahrenheitiano* metimur; et cùm CALOREM FERVENTEM præcipimus, istum intelligimus qui notatur gradu ducentesimo duodecimo.

Calorem verò lenem appellamus, qui gradu quolibet inter nonagesimum et centesimum designatur.

Quoties fit mentio Ponderis specifici, ponimus id, de quo agitur, esse caloris gradûs sexagesimi secundi.

Ubi Crucibulis opus sit, ea, quæ vel apud Hessos, vel apud Cornubienses in usu recepta sunt, adhiberi volumus.

Balneum aquosum fit, ubi res quælibet, suo vase contenta, aut aquæ ipsi calidæ, aut aquæ ferventis vapori exponitur.

Balneum arenæ fit ex arenâ paulatim calefaciendâ, in quam res quælibet, suo vase contenta, imponitur.

# MATERIA MEDICA.

---

In primo ordine, rerum nomina brevia sunt plerumque et simplicia, præscriptorum formulis accommodatiora; in altero autem Vegetabilia secundum *Linnæi* Specierum Plantarum Catalogum a *Willdenow* vel Prodromum Systematis Naturalis a *De Candolle*, editum; Animalia secundum Regnum Animale a *Cuvier* prolatum nisi aliter indicatum sit; Res chemicæ nominibus recentioribus, designantur.

| | |
|---|---|
| Abietis Resina. | Pinus Abies. *Resina.* |
| Absinthium. | Artemisia Absinthium. |
| Acacia. | Acacia vera. *Gummi.* |

| | |
|---|---|
| Acetosella. | Oxalis Acetosella. |
| Acetum. | Acetum. *Fermentatione paratum.* |
| Acidum Arseniosum. | Acidum Arseniosum. *Sublimatione paratum.* |
| Acidum Sulphuricum. | Acidum Sulphuricum. *Hujus pondus specificum est* 1.845. |
| Aconiti Folia. | Aconitum paniculatum. (De Candolle.) *Folia.* |
| Aconiti Radix. | *Radix.* |
| Acorus. | Acorus Calamus. *Rhizoma.* |
| Adeps. | Sus Scrofa. *Adeps præparatus.* |
| Ærugo. | Diacetas Cupri impura. |
| Allium. | Allium sativum. *Bulbus.* |
| Alöe. | Alöe spicata. *Foliorum Succus spissatus.* |

| | |
|---|---|
| Althææ Folia. | Althæa officinalis. *Folia.* |
| Althææ Radix. | *Radix.* |
| Alumen. | Sulphas Aluminæ et Potassæ. |
| Ammoniacum. | Dorema Ammoniacum. (Don, *in Act. Soc. Linn.*) *Gummi-resina.* |
| Ammoniæ Hydrochloras. | |
| Ammoniæ Liquor fortior. | Ammoniæ Liquor fortior. *Hujus pondus specificum est* .882. |
| Amygdala amara. | Amygdalus communis. (De Candolle.) *Var.* α. *Nuclei.* |
| Amygdala dulcis. | *Var.* β. *Nuclei.* |
| Amygdalæ Oleum. | *Oleum ab alterutriusque nucleis expressum.* |
| Amylum. | Triticum hybernum. *Seminum Fæcula.* |

| | |
|---|---|
| Anethum. | Anethum graveolens. *Fructus.* |
| Anisum. | Pimpinella Anisum. *Fructus.* |
| Anthemis. | Anthemis nobilis. *Flores simplices.* |
| Antimonii Sesquisulphuretum. | |
| Argentum. | |
| Armoracia. | Cochlearia Armoracia. *Radix recens.* |
| Asarum. | Asarum europæum. *Folia.* |
| Aspidium. | Aspidium Filix mas. (SMITH, *Flor. Brit.*) *Radix.* |
| Assafœtida. | Ferula Assafœtida. *Gummi-resina.* |
| Avena. | Avena sativa. *Semina integumentis nudata.* |
| Aurantium. | Citrus Aurantium. (DE CANDOLLE.) *Fructus.* |
| Aurantii Cortex. | Citrus vulgaris. (DE CANDOLLE.) *Fructûs Cortex exterior.* |

| | |
|---|---|
| Aurantii Flores. | Citrus Aurantium. (De Candolle.) *Flores.* |
| Aurantii Oleum. | *Oleum è floribus destillatum.* |
| Balsamum Peruvianum. | Myroxylon peruiferum. *Balsamum liquidum.* |
| Balsamum Tolutanum. | *Balsamum concretum.* |
| Barytæ Carbonas. | |
| Belladonna. | Atropa Belladonna. *Folia.* |
| Benzöinum. | Styrax Benzoin. *Balsamum.* |
| Bergamii Oleum. | Citrus Limetta Bergamium. (De Candolle.) *Oleum è fructûs cortice destillatum.* |
| Bismuthum. | |
| Borax. | Sodæ Biboras. |
| Brominium. | |
| Cajuputi. | Melaleuca minor. *Oleum è foliis destillatum.* |

| | |
|---|---|
| Calamina. | Carbonas Zinci impura. |
| Calcis Hydras. | Calx recèns usta aquâ resoluta. |
| Calx. | Calx recèns usta. |
| Calumba. | Cocculus palmatus. (De Candolle.) *Radix.* |
| Cambogia. | Stalagmitis Cambogiöides. *Gummi-resina.* |
| Camphora. | Laurus Camphora. *Concretum sui generis, sublimatione purificatum.* |
| Canella. | Canella alba. *Cortex.* |
| Cantharis. | Cantharis vesicatoria. |
| Capsicum. | Capsicum annuum. *Baccæ.* |
| Carbo Animalis. | Carbo. *Ex carne et ossibus coctus.* |
| Carbo Ligni. | Carbo. *E ligno coctus.* |
| Cardamine. | Cardamine pratensis. *Flores.* |

| | |
|---|---|
| Cardamomum. | Alpinia Cardamomum. (ROXBURGH, *Plant. Corom.*) *Semina.* |
| Carui. | Carum Carui. *Fructus.* |
| Caryophyllus. | Caryophyllus aromaticus. (DE CANDOLLE.) *Flores nondum explicati, exsiccati.* |
| Caryophylli Oleum. | *Oleum è floribus destillatum.* |
| Cascarilla. | Croton Cascarilla. (DON, *Ed. Ph. Journ.*) *Cortex.* |
| Cassia. | Cassia Fistula. *Leguminum Pulpa.* |
| Castoreum. | Castor fiber. *Concretum in folliculis præputii repertum.* |
| Catechu. | Acacia Catechu. *Ligni Extractum.* |
| Centaurium. | Erythræa Centaurium. (PERSOON, *Syn. Plant.*) |

| | |
|---|---|
| Cera. | Apis mellifica. *Concretum ab ape paratum.* |
| Cera alba. | *Idem dealbatum.* |
| Cerevisiæ Fermentum. | |
| Cetaceum. | Physeter macrocephalus. *Concretum in propriis capitis cellis repertum.* |
| Cetraria. | Cetraria islandica. (ACHAR. *Lichenog. Univ.*) |
| Chimaphila. | Chimaphila corymbosa. (PURSH. *Flora Amer. Sept.*) *Folia.* |
| Cinchona cordifolia. | Cinchona cordifolia. (LAMBERT, *Cinch.*) *Cortex.* |
| Cinchona lancifolia. | Cinchona lancifolia. (LAMBERT, *Cinch.*) *Cortex.* |
| Cinchona oblongifolia. | Cinchona oblongifolia. (LAMBERT, *Cinch.*) *Cortex.* |

| | |
|---|---|
| Cinnamomi Oleum. | Laurus Cinnamomum. *Oleum è cortice destillatum.* |
| Cinnamomum. | *Cortex.* |
| Cocci. | Coccus Cacti. |
| Colchici Cormus. | Colchicum autumnale. *Cormus.* |
| Colchici Semina. | *Semina.* |
| Colocynthis. | Cucumis Colocynthis. *Peponum Pulpa exsiccata.* |
| Conii Folia. | Conium maculatum. *Folia.* |
| Conii Fructus. | *Fructus.* |
| Contrajerva. | Dorstenia Contrajerva. *Radix.* |
| Copaiba. | Copaifera Langsdorfii. (De Candolle.) *Resina liquida.* |
| Coriandrum. | Coriandrum sativum. *Fructus.* |
| Cornu. | Cervus Elaphus. *Cornu.* |

| | |
|---|---|
| Creasoton. | Oxy-hydro-carburetum, *ex oleo pyroxylico paratum.* |
| Creta. | Calcis Carbonas (*friabilis.*) |
| Crocus. | Crocus sativus. *Stigmata exsiccata.* |
| Cupri Sulphas. | |
| Curcuma. | Curcuma longa. *Rhizoma.* |
| Cusparia. | Galipea Cusparia. (De Candolle.) *Cortex.* |
| Cydonia. | Cydonia vulgaris. (De Candolle.) *Semina.* |
| Cyminum. | Cuminum Cyminum. *Fructus.* |
| Dauci Fructus. | Daucus Carota. *Fructus.* |
| Dauci Radix. | Daucus Carota. *Radix recens.* |
| Digitalis Folia. | Digitalis purpurea. *Folia.* |
| Digitalis Semina. | *Semina.* |
| Diosma. | Diosma crenata. *Folia.* |

| | |
|---|---|
| Dulcamara. | Solanum Dulcamara. *Caulis.* |
| Elaterium. | Momordica Elaterium. *Pepones recentes.* |
| Elemi. | Amyris Elemifera. *Resina.* |
| Ergota. | Acinula Clavus. (FRIES, *Syst. Mycol.*) |
| Euphorbium. | Euphorbia officinarum. *Gummi-resina.* |
| Farina. | Triticum hybernum. *Seminum Farina.* |
| Ferri Percyanidum. | |
| Ferrum. | Ferrum. *Ramenta.* |
| Fici. | Ficus Carica. *Fructus siccus.* |
| Fœniculum. | Fœniculum vulgare. (DE CANDOLLE.) *Fructus.* |
| Galbanum. | Galbanum officinale. (DON, *in Act. Soc. Linn.*) *Gummi-resina.* |
| Gallæ. | Quercus infectoria. *Gemmæ morbidæ.* |

| | |
|---|---|
| Gentiana. | Gentiana lutea. *Radix.* |
| Glycyrrhiza. | Glycyrrhiza glabra. *Radix recens.* |
| Granatum. | Punica Granatum. *Fructûs Cortex.* |
| Guaiaci Lignum. | Guaiacum officinale. *Lignum.* |
| Guaiaci Resina. | *Resina.* |
| Hæmatoxylum. | Hæmatoxylon campechianum. *Lignum.* |
| Helleborus. | Helleborus officinalis. (SIBTHORPE, *Flora Græca.*) *Radix.* |
| Hirudo. | Hirudo medicinalis. |
| Hordeum. | Hordeum distichon. *Semina integumentis nudata.* |
| Hydrargyrum. | |
| Hyoscyami Folia. | Hyoscyamus niger. *Folia.* |
| Hyoscyami Semina. | *Semina.* |
| Jalapa. | Ipomæa Jalapa. (DON, *M.S.*) *Radix.* |

| | |
|---|---|
| Inula. | Inula Helenium. *Radix.* |
| Iodinium. | |
| Ipecacuanha. | Cephaelis Ipecacuanha. (De Candolle.) *Radix.* |
| Juniperi Cacumina. | Juniperus communis. *Cacumina.* |
| Juniperi Fructus. | *Fructus.* |
| Kino. | Pterocarpus erinaceus. (De Candolle.) *Extractum.* |
| Krameria. | Krameria triandra. (De Candolle.) *Radix.* |
| Lacmus. | Roccella tinctoria. (Achar. *Lichenog. univ.*) *Thallus præparatus.* |
| Lactucarium. | Lactuca sativa. *Succus spissatus.* |
| Lavandula. | Lavandula Spica. *Flores.* |
| Lauri Baccæ. | Laurus nobilis. *Baccæ.* |

| | |
|---|---|
| Lauri Folia. | *Folia.* |
| Limones. | Citrus Limonum. (De Candolle.) *Fructus.* |
| Limonum Cortex. | *Fructûs Cortex exterior.* |
| Limonum Oleum. | *Oleum è Fructûs Cortice exteriori destillatum.* |
| Limonum Succus. | *Succus.* |
| Lini Oleum. | Linum usitatissimum. *Oleum e seminibus expressum.* |
| Lini Semina. | *Semina.* |
| Lobelia. | Lobelia inflata. |
| Lupulus. | Humulus Lupulus. *Strobili exsiccati.* |
| Magnesiæ Sulphas. | |
| Malva. | Malva sylvestris. |
| Manganesii Binoxydum. | |
| Manna. | Ornus europæa. *Succus concretus.* |
| Maranta. | Maranta arundinacea. *Rhizomatis Fœcula.* |
| Marmor. | Carbonas Calcis (*dura.*) |

| | |
|---|---|
| Marrubium. | Marrubium vulgare. |
| Mastiche. | Pistacia Lentiscus. *Resina.* |
| Mel. | Apis mellifica. *Humor è floribus decerptus et ab Ape præparatus.* |
| Mentha piperita. | Mentha piperita. (SMITH, *in Act. Soc. Lin.*) |
| Mentha Pulegium. | Mentha Pulegium. |
| Mentha viridis. | Mentha viridis. |
| Menyanthes. | Menyanthes trifoliata. |
| Mezereum. | Daphne Mezereum. *Radicis Cortex.* |
| Mora. | Morus nigra. *Fructus.* |
| Moschus. | Moschus moschiferus. *Humor in folliculo præputii secretus.* |
| Mucuna. | Mucuna pruriens. (DE CANDOLLE.) *Leguminum Pubes.* |

| | |
|---|---|
| Myristica. | Myristica moschata. *Nuclei.* |
| Myristicæ Oleum. | *Oleum è nucleis destillatum.* |
| Myrrha. | Balsamodendron Myrrha. (EHRENBERG.) *Gummi-resina.* |
| Nux vomica. | Strychnos nux vomica. *Semina.* |
| Olibanum. | Boswellia serrata. (COLEBROOKE, *in Act. Soc. As.*) *Gummi-resina.* |
| Olivæ Oleum. | Olea europæa. *Oleum è drupis expressum.* |
| Opium. | Papaver somniferum. *Capsulæ immaturæ Succus concretus.* |
| Opopanax. | Opopanax Chironium. (DE CANDOLLE.) *Gummi-resina.* |
| Origanum. | Origanum vulgare. |

| | |
|---|---|
| Ovum. | Phasianus Gallus. *Ovum.* |
| Papaver. | Papaver somniferum. *Capsulæ maturæ.* |
| Pareira. | Cissampelos Pareira. (DE CANDOLLE.) *Radix.* |
| Petroleum. | Petroleum (*Barbadense*). |
| Phosphorus. | |
| Pimenta. | Myrtus Pimenta. *Baccæ immaturæ exsiccatæ.* |
| Piper Cubeba. | Piper Cubeba. *Baccæ.* |
| Piper longum. | Piper longum. *Fructus immaturus exsiccatus.* |
| Piper nigrum. | Piper nigrum. *Baccæ.* |
| Pix abietina. | Pinus Abies. *Resina præparata.* |
| Pix liquida. | Pinus sylvestris. *Resina præparata liquida.* |
| Pix nigra. | *Resina præparata solida.* |

| | |
|---|---|
| Plumbi Carbonas. | |
| Plumbi Oxydum. | Plumbi Oxydum (*semivitreum*). |
| Porrum. | Allium Porrum. *Bulbus.* |
| Potassæ Bitartras. | |
| Potassæ Carbonas impura. | |
| Potassæ Chloras. | |
| Potassæ Nitras. | |
| Potassii Ferrocyanidum. | |
| Pruna. | Prunus domestica. *Drupæ exsiccatæ.* |
| Pterocarpus. | Pterocarpus santalinus. *Lignum.* |
| Pyrethrum. | Anthemis Pyrethrum. *Radix.* |
| Quassia. | Quassia excelsa. *Lignum.* |
| Quercus. | Quercus pedunculata. *Cortex.* |
| Quina. | Cinchona cordifolia. *Alkali è cortice paratum.* |

| | |
|---|---|
| Resina. | Pinus sylvestris. *Residuum resinæ liquidæ postquam Terebinthinæ oleum destillatum est.* |
| Rhamnus. | Rhamnus catharticus. *Baccæ.* |
| Rheum. | Rheum palmatum. *Radix.* |
| Rhœas. | Papaver Rhœas. *Petala.* |
| Ricini Oleum. | Ricinus communis. *Oleum è seminibus expressum.* |
| Rosa canina. | Rosa canina. *Fructûs Pulpa.* |
| Rosa centifolia. | Rosa centifolia. *Petala.* |
| Rosa gallica. | Rosa gallica. *Petala.* |
| Rosmarinus. | Rosmarinus officinalis. *Cacumina.* |
| Rumex. | Rumex Acetosa. *Folia.* |
| Ruta. | Ruta graveolens. *Folia.* |

| | |
|---|---|
| Sabadilla. | Helonias officinalis. (Don, *Ed. Ph. Journ.*) *Semina.* |
| Sabina. | Juniperus Sabina. *Cacumina recentia et exsiccata.* |
| Sacchari fæx. | Saccharum officinale. |
| Saccharum. | *Succus præparatus.* |
| Sagapenum. | Ferulæ species incerta. *Gummi-resina.* |
| Sago. | Sagus Rumphii. *Medullæ Fæcula.* |
| Sambucus. | Sambucus nigra. *Flores.* |
| Sapo. | Sapo, *ex Olivæ oleo et Sodâ confectus.* |
| Sapo mollis. | Sapo, *ex Olivæ oleo et Potassâ confectus.* |
| Sarza. | Smilax officinalis. (Humboldt *et* Bonpland, *Nov. Gen. et Spec. Plant.*) *Radix.* |
| Sassafras. | Laurus Sassafras. *Radix.* |
| Scammonium. | Convolvulus Scammonea. *Gummi-resina.* |

| | |
|---|---|
| Scilla. | Scilla maritima. *Bulbus recens.* |
| Scoparius. | Cytisus Scoparius. (De Candolle.) *Cacumina recentia.* |
| Senega. | Polygala Senega. *Radix.* |
| Senna. | Cassia lanceolata. (De Candolle.) *Folia.* Cassia obovata. (De Candolle.) *Folia.* |
| Serpentaria. | Aristolochia Serpentaria. *Radix.* |
| Sevum. | Ovis Aries. *Sevum.* |
| Simaruba | Simaruba officinalis. (De Candolle.) *Radicis Cortex.* |
| Sinapis. | Sinapis nigra. *Semina.* |
| Sodæ Acetas. | |
| Sodæ Carbonas impura. | |
| Sodæ Phosphas. | |
| Sodii Chloridum. | |

| | |
|---|---|
| Spigelia. | Spigelia marilandica. *Radix.* |
| Spiritus rectificatus. | Spiritus. *Hujus pondus specificum est .838.* |
| Spiritus tenuior. | Spiritus. *Hujus pondus specificum est .920.* |
| Spiritus Vini Gallici. | Spiritus. *E vino Gallico destillatus.* |
| Stannum. | |
| Staphisagria. | Delphinium Staphisagria. *Semina.* |
| Stramonii Folia. | Datura Stramonium. *Folia.* |
| Stramonii Semina. | *Semina.* |
| Styrax. | Styrax officinale. *Balsamum.* |
| Succinum. | |
| Sulphur. | Sulphur (*sublimatum*). |
| Tabacum. | Nicotiana Tabacum. *Folia exsiccata.* |
| Tamarindus. | Tamarindus indica. *Leguminis Pulpa.* |
| Taraxacum. | Leontodon Taraxacum. *Radix.* |

| | |
|---|---|
| Terebinthina Canadensis. | Pinus Balsamea. *Resina liquida.* |
| Terebinthina Chia. | Pistacia Terebinthus. *Resina liquida.* |
| Terebinthina vulgaris. | Pinus sylvestris. *Resina liquida.* |
| Terebinthinæ Oleum. | *Oleum è resinâ destillatum.* |
| Testæ. | Ostrea edulis. *Testæ.* |
| Tiglii Oleum. | Croton Tiglium. *Oleum è seminibus expressum.* |
| Tormentilla. | Potentilla Tormentilla. (De Candolle.) *Radix.* |
| Toxicodendron. | Rhus Toxicodendron. *Folia.* |
| Tragacantha. | Astragalus verus. (Olivier, *Voy. dans l'Emp. Ottom.*) *Succus concretus.* |
| Tussilago. | Tussilago Farfara. |
| Valeriana. | Valeriana officinalis (*sylvestris*). *Radix.* |

| | |
|---|---|
| Veratrum. | Veratrum album. *Radix.* |
| Vinum Xericum. | |
| Ulmus. | Ulmus campestris. *Cortex.* |
| Uva. | Vitis vinifera. *Baccæ exsiccatæ, demptis acinis.* |
| Uva ursi. | Arctostaphylos Uva ursi. (SPRENGEL, *Syst. Veget.*) *Folia.* |
| Zincum. | |
| Zingiber. | Zingiber officinalis. (ROSCOE, *in Act. Soc. Lin.*) *Rhizoma.* |

# NOTÆ.

NOTAS breves, ad res chemicas præcipuè spectantes, adjicere visum est, quibus quidque, sincerum sit, necne, quantum fieri potest, deprehendatur. Quod cum plerumque in herbis atque animalibus minùs necessarium est, tum ne fiat, plura obstant. Quanquam enim suus cuique character satis liquet ex libris botanicis et zoologicis; tamen extracta ex iisdem, et præparata tenuiora, gustu, colore, odore adeò sæpè mutantur, ut nullo certo signo cognosci et paucis explicari possint.

---

ACETUM. Liquor subflavus, odore proprio, cujus fluiduncia a sodæ carbonatis crystallorum drachmâ saturatur. Adjecto chloridi barii liquore, barytæ sulphas demissa non gr. 1.14 excedit. Acido hydrosulphurico adhibito non mutatur color.

ACETUM DESTILLATUM. Calore in vapores totum abit. Nihil ex eo demitti-

tur, additâ vel plumbi acetate, vel argenti nitrate, vel potassii iodido. Nec acido hydrosulphurico neque ammoniâ adjectâ mutatur color. Argenti laminâ cum eo digestâ, nihil postea acido hydrochlorico instillato, demittitur. Sodæ carbonatis crystallorum gr. 13 ab aceti destillati gr. 100 saturantur.

Acidum Aceticum. Hujus pondus specificum est 1.048. Sodæ carbonatis crystallorum gr. 87 a gr. 100 hujus acidi saturantur. Acido sodæ carbonate saturato et liquore consumpto, sodæ acetatis crystalli prodeunt. Cætera superiori respondent.

Acidum Arseniosum. Igne penitùs sublime fertur. Carbone mixtum et calori expositum, alliaceum odorem emittit. Idem in aquâ fervente liquatur; et adjecto acido hydrosulphurico, materiem flavam demittit; adjecto verò liquore calcis, materiem albam.

Acidum Benzoicum. Calore cautè adhibito, odorem proprium exhalans totum effugit. In aquâ parùm liquatur, copiosiùs in spiritu rectificato. Idem vel in liquore potassæ, vel in liquore calcis penitùs liquatur, et indè per acidum hydrochloricum demittitur.

ACIDUM CITRICUM, (*crystalli*) in aquâ liquatur. Quod ex hoc liquore vel a plumbi acetate, vel a barii chlorido ammoniæ sesquicarbonate saturato, demittitur, ab acido nitrico diluto dissolvitur. Sal nullus è potassâ præparatus, si tartratem excipias, quicquid demittit. In igne totum perit.

ACIDUM HYDROCHLORICUM, coloris expers, calore totum in vapores abit. Idem aquâ destillatâ mixtum nihil vel a barii chlorido, vel ab ammoniâ, vel ab ammoniæ sesquicarbonate demittit. In auri laminas, etiam calore adhibito, nullam vim exercet. A liquore sulphatis indigo colorem non abstrahit. Pondus specificum est 1.16. Sodæ carbonatis crystallorum gr. 132, ab hujus acidi gr. 100 saturantur.

ACIDUM HYDROCYANICUM DILUTUM. Coloris expers, calore totum in vapores abit odorem proprium spirantes. Lacmum afficit colore rubro, tenui, fugaci; adjecto acido hydrosulphurico non coloratur. Ex hujus acidi gr. 100, liquore argenti nitratis adjecto, demittuntur argenti cyanidi gr. 10 quæ ab acido nitrico fervente facilè liquantur. Acido quodam alio mixtum erit si potassii et hy-

drargyri iodo-cyanido rubescat. In hujus acidi diluti gr. 100, acidi hydrocyanici gr. 2 continentur; et ad hanc normam quovis modo destillatum volumus ut redigatur.

Acidum Nitricum. Calore in vapores totum abit. Idem aquâ destillatâ mixtum nihil, ab argenti nitrate, vel a barii chlorido, demittit. Pondus specificum est 1.50. Sodæ carbonatis crystallorum citèr gr. 217 ab hujus acidi gr. 100 saturantur.

Acidum Phosphoricum Dilutum. Addito vel barii chlorido, vel argenti nitrate, quicquid demissum fuerit, idem ab acido nitrico facilè liquatur. Cupri et argenti laminas nullo modo afficit, neque acido hydrosulphurico immisso coloratur. Pondus specificum est 1.064. Sodæ carbonatis gr. 42, ab hujus acidi gr. 100 saturantur, et nihil indè demittitur.

Acidum Sulphuricum. Coloris expers est. Pondus specificum est 1.845. Quod restat, ubi acidum usque ad siccitatem destillatum sit, partem quadringentesimam sui ponderis non excedit. Acidum sulphuricum dilutum vix ab acido hydrosulphurico coloratur.

Acidum Tartaricum (*crystalli*) in aquâ

penitùs liquatur. Hic liquor, ex quovis potassæ sale neutro, bitartratem potassæ demittit. Quod ex hoc liquore, a plumbi acetate, demittitur, id ab acido nitrico diluto dissolvitur.

ACONITINA. Alkali ex Aconiti foliis et radice paratum; maximè in æthere sulphurico, minùs in alcohole, parùm autem in aquâ liquatur. In igne totum perit, nullo calcis sale superstite. Viribus hæc induta violentis, non temerè adhibenda est.

ADEPS. Non nisi aquâ assiduè elotus adhibeatur.

ÆRUGO in aquâ partim, ac ferè tota aut in ammoniâ aut in acido sulphurico diluto, calore adhibito, liquari potest.

ÆTHER SULPHURICUS. Hujus pondus specificum est .750. Aëre in vapores totus abit. Fluctuat autem venalis inter .733 et .765. Lacmum rubro colore levitèr inficit; cum aquâ parcè coit, et limpidus perstat; scilicet ratione fluidunciæ in aquæ octario dimidio.

ALCOHOL. Hujus pondus specificum est .815; coloris expers est; calore in vapores abit; cum aquâ, et cum æthere coit; vinum sapit et olet.

ALUMEN (*crystallinum*) penitùs in aquâ

liquatur. Ex hoc liquore demittitur alumina coloris expers, ammoniâ vel potassâ adjectâ; quæ tamen iterùm, potassâ suprà modum additâ, dissolvitur.

Ammoniæ Liquor. Calore in vapores alkalinos fugaces, teste curcumâ, penitùs abit. Adjecto liquore calcis, nihil dejicit, neque ubi acido nitrico saturatus fuerit, quicquid demittit per ammoniæ sesquicarbonatem, aut per argenti nitratem. Hujus liquoris pondus specificum est 0.960.

Ammoniæ Liquor Fortior. Hujus pondus specificum est .882. Liquor hic ad normam liquoris ammoniæ redigi potest, cuique fluidunciæ adjectis fluidunciis tribus aquæ destillatæ. Cætera superiori respondent.

Ammoniæ Acetatis Liquor. Adjecto acido hydrosulphurico non coloratur, nec quicquid demittit adjectâ vel argenti nitrate, vel barii chlorido. Liquore consumpto, quod restat ammoniam ejicit, et in igne perit.

Ammoniæ Hydrochloras (*crystallina*). Translucens, calore sublimis fertur, et in aquâ penitùs liquatur. Lacmum colore rubro levitèr afficit. Nihil ex barii chlorido demittit. Adjectâ potassâ aut calce, ammonia ejicitur.

Ammoniæ Sesquicarbonas (*crystallina*). Translucet, aëre autem in pulverem fatiscit; calore tota dissipatur. In aquâ penitus liquatur; curcumæ colorem mutat. Acido nitrico usque ad saturationem adjecto, nihil, vel a barii chlorido, vel ab argenti nitrate, demittitur.

Antimonii Oxysulphuretum. In acido nitrico-hydrochlorico totum liquatur, acidum hydrosulphuricum ejiciens.

Antimonii Potassio-Tartras (*crystalli*). In aquâ penitùs liquatur, nullâ bitartrate vasi adhærente, et acido hydrosulphurico adjecto, quoddam coloris subrubri demittit. Hic liquor, adjecto vel barii chlorido, vel argenti nitrate, nihil demittit. Per acidum nitricum dejicit id, quod ejusdem excessus dissolvit.

Antimonii Sesquisulphuretum (*striatum*). Calore in acido hydrochlorico totum liquatur. De acido, quocum coctum fuerit materies alba dejicitur, adjectâ aquâ destillatâ; ex liquore colato quoddam coloris subrubri per acidum hydrosulphuricum postea demittitur.

Argentum. Acido nitrico diluto omne dissolvitur. Hic liquor, adjecto sodii chlorido, demittit id, quod ammoniâ suprà modum additâ liquatur, et coloris expers

esse debet. Argenti chlorido amoto, ab acido hydrosulphurico color non inducitur et nihil demittitur. Hujus pondus specificum est 10.4.

Argenti Nitras. Principio albet, mox lumine admisso nigrescit. In aquâ omnis liquatur. Hic liquor, cupro immisso, argentum dimittit; cætera ut in præcedente.

Argenti Cyanidum. Calore Cyanogenium ejicit, et in Argentum redigitur.

Barytæ Carbonas. Acido hydrochlorico diluto tota liquatur. Hic liquor, adjectâ vel ammoniâ, vel acido hydrosulphurico, nihil demittit et coloris expers est: ubi acidi sulphurici plusquam satis sit ad saturationem adhibitum fuerit, nihil ex liquore supernatante per sodæ carbonatem demittitur.

Bismuthum. Acido nitrico diluto liquatur. Hic liquor ubi ex eo per ammoniam demissa fuerit Bismuthi Subnitras, coloris expers est. Hujus pondus specificum est 9.8.

Bismuthi Trisnitras. In acido nitrico sine effervescentiâ tota liquatur. Adjecto acido sulphurico diluto nihil dejicitur.

Borax (*crystalli*). Aquâ penitùs liquatur.

Squamas crystallinas è liquore dejicit acidum sulphuricum. His in alcohole liquatis et accensis, viridi colore flamma ardet.

BROMINIUM. Leni calore vaporat, odore acri. In aquâ parùm liquatur, copiosiùs in spiritu rectificato, optimè in æthere. Hujus pondus specificum est 3.0.

CALAMINA. In acido sulphurico ferè tota liquatur bullulas perpaucas Acidi Carbonici emittens nisi probè ustum fuerit. Hic liquor, adjectâ ammoniâ aut potassâ, demittit id, quod, alterutrâque suprà modum additâ, liquatur.

CALCII CHLORIDUM. Coloris expers, parùm translucet; durum et friabile, in aquâ omninò liquatur. Hic liquor, adjectâ vel ammoniâ vel barii chlorido, vel multâ aquâ diluto potassii ferrocyanido nihil demittit.

CALCIS HYDRAS. Acido hydrochlorico diluto sine effervescentiâ liquatur. Hic liquor, ammoniâ adjectâ, nihil demittit.

CALX, aquâ adjectâ resoluta in pulverem fatiscit. Cætera ut in præcedente.

CALX CHLORINATA. Acido hydrochlorico diluto liquatur, chlorinium emittens.

CARBO ANIMALIS, (*purificatus,*) acido hydrochlorico adjecto nullas bullulas emit-

tit; nec quicquam ex hoc acido demittitur, adjectâ vel ammoniâ, vel ammoniæ sesquicarbonate.

Cornu. Hoc postquam benè ustum fuerit, ex acido nitrico propèmodum liquatur; tum per ammoniæ oxalatem separatur calx; per plumbi autèm nitratem separatur acidum phosphoricum.

Creasoton, oleosum, coloris expers, odore proprio, translucens, ebullit calore gradûs 397$^{mi}$. In caloris gradu —50$^{mo}$. non congelatur. In acido acetico liquatur.

Creta, acido hydrochlorico diluto cum effervescentiâ tota liquatur. Hic liquor, ubi coctus fuerit, ammoniâ instillatâ, nihil demittit.

Cupri Sulphas (*crystalli*). Aëre in pulverem subviridem quam minimè fatiscit. In aquâ omnis liquatur. Quicquid hic liquor, adjectâ ammoniâ, demittit, id ejusdem ammoniæ excessus iterùm dissolvit.

Cupri Ammonio-Sulphas. Calore in Cupri oxydum mutatur, ammoniam ejiciens. Aquâ liquata curcumæ colorem mutat et viridem colorem induit ex infuso acido arsenioso.

Ferri Percyanidum purum erit, si, cum acido hydrochlorico diluto coctum et

colatum nihil demittat, adjectâ ammoniâ.

Ferri Ammonio-Chloridum. In spiritu tenuiori et in aquâ totum liquatur. Hic liquor, adjectâ potassâ ferri sesquioxydum demittit; potassâ suprà modum instillatâ, ammoniam ejicit.

Ferri Iodidum. Calore vapores violaceos emittit, ferri sesquioxydo superstite. Recèns præparatum in aquâ totum liquatur. Ex hoc liquore autem, in malè operto vase, sesquioxydum ferri citissimè dejicitur ut, non nisi filo ferri intromisso et vase bene obturato, limpidum servari possit.

Ferri Potassio-Tartras. In aquâ tota liquatur. Hic liquor lacmi et curcumæ colorem non mutat. Nec a potassii ferrocyanido cœruleum fit; neque adjecto quovis alkali aut acido quicquid dejicitur. Magnes in ejus pulverem nullam vim exercet.

Ferri Sesquioxydum. In acido hydrochlorico diluto, quam minimâ effervescentiâ totum liquatur; idque per ammoniam dejicitur.

Ferri Sulphas (*crystalli*). Cœruleo-viridis, in aquâ liquatur. Hic liquor, ferro immisso, nihil cupri demittit.

HYDRARGYRUM (*purificatum*). Calore totum in vapores abit. Idem acido nitrico diluto liquatur, in acido hydrochlorico fervente non item. Hoc ubi refrixerit acido hydrosulphurico immisso, nihil demittit, nec coloratur. Hujus pondus specificum est 13.5.

HYDRARGYRUM CUM CRETÂ. Calore pars in vapores abit; quod restat coloris expers est et in acido acetico cum effervescentiâ liquatur. Hic liquor, acido hydrosulphurico immisso, non coloratur. Vix autem tam diligentèr hæc conteri possunt, ut globuli nulli ampliùs conspiciantur.

HYDRARGYRI OXYDUM (*cinereum*). Paulispèr cum acido hydrochlorico digestum et colatum nihil indè, vel liquore potassæ, vel ammoniæ oxalate adjecto, demittit. In acido acetico omne liquatur. Calore in vapores totum abit.

HYDRARGYRI BINOXYDUM (*rubrum*). Admoto calore oxygenium emittit, et hydrargyrum vel in globulos coit, vel in vapores totum abit. Acido hydrochlorico omne liquatur.

HYDRARGYRI NITRICO-OXYDUM. Admoto calore, vapores nitricos nullos emittit. Nihil ex aquâ, in quâ coctum seu lotum

fuerit, liquore calcis aut acido hydrosulphurico adjecto, demittitur. Cætera superiori respondent.

HYDRARGYRI AMMONIO-CHLORIDUM. Calore totum in vapores abit. Idem cum acido acetico digestum, nihil indè flavum aut cœruleum, potassii iodido adjecto, demittit. Pulvis ejus cum liquore calcis contritus non nigrescit. In acido hydrochlorico sine effervescentiâ omne liquatur. Idem liquore potassæ calefactum ammoniam exhalat et colorem flavum induit.

HYDRARGYRI CHLORIDUM. Pulvis subalbus, qui potassâ adjectâ, nigrescit, et calore adhibito, in hydrargyri globulos coit. Idem calore in vapores totus abit. Adjectâ argenti nitrate, aut liquore calcis, aut acido hydrosulphurico, nihil demittitur ex aquâ destillatâ in quâ seu lotum seu coctum sit.

HYDRARGYRI BICHLORIDUM (*crystallinum*). Calore liquescit et sublime fertur. In aquâ et æthere sulphurico totum liquatur. Ex hoc liquore quod, adjectâ potassâ vel liquore calcis dejicitur, rubescit: vel, si quod satis sit addideris, flavescit. Id, calore adhibito, oxy-

genium emittit et in hydrargyri globulos coit.

HYDRARGYRI BICYANIDUM (*crystalli*). Translucet et in aquâ totum liquatur. Hic liquor, instillato acido hydrochlorico, acidum hydrocyanicum emittit, quod odore proprio dignoscitur, et in vitrum liquore argenti nitratis humectatum et super impositum, id demittit, quod ab acido nitrico fervente dissolvitur. Calore cyanogenium ejicit, et in hydrargyri globulos coit.

HYDRARGYRI IODIDUM. Recens subflavum est, calore cautè admoto in crystallos rubros sublime fertur quæ mox flavent, deindè lumine admisso nigrescunt. In sodii chlorido non liquatur.

HYDRARGYRI BINIODIDUM. Calore cautè admoto in squamulas sublime fertur, quæ mox flavent, deindè, ubi refrixerint, rubescunt. In spiritu rectificato fervente pars aliqua liquatur, quæ, ubi refrixerit, in crystallos descendit. Potassii iodido et hydrargyri bichlorido vicissìm dissolvitur ac demittitur. In sodii chlorido omne liquatur.

HYDRARGYRI BISULPHURETUM (*rubrum*). Calore in vapores totum abit, et adjectâ

potassâ hydrargyrum in globulos coit. Nec acido nitrico, nec acido hydrochlorico, sed utrisque commixtis liquatur. Spiritus rectificatus, quocum seu lotum seu coctum sit, colorem indè nullum acquirit. Cum acido acetico digestum nihil indè flavum dejicit per potassii iodidum.

HYDRARGYRI SULPHURETUM CUM SULPHURE (*nigrum*). Calore totum in vapores abit, nullo carbone nec calcis phosphate relictâ.

IODINIUM, calore admoto principio liquescit, deindè violaceo vapore sublime fertur. In aquâ minimè, plùs in alcohole, liquatur. Cœruleo colore amylum inficit.

LACMUS, et aquâ et alcohole liquatur. Color ejus cœruleus acidis rubescit; idem, adjectis alkalinis, redit.

MANGANESII BINOXYDUM, in acido hydrochlorico liquatur, chlorinium exhalans. Ex hoc liquore, quod dejicitur a potassio primùm albet, et citò fuscum fit: raró autem accidit ut adjecto potassii ferrocyanido non viridescat. Ubi prius exsiccatum sit, et igne candente ustum, è partibus 100, pondere 12 amittit.

MAGNESIA. Acido hydrochlorico sine ef-

fervescentiâ liquatur. Nihil ex hoc liquore adjectâ vel potassæ bicarbonate, vel barii chlorido, demittitur. Curcumæ colorem in fuscum levitèr mutat.

MAGNESIÆ CARBONAS. Aqua destillata in quâ cocta fuerit, curcumæ colorem non mutat. Adjecto barii chlorido aut argenti nitrate, nihil demittit. Acido sulphurico diluto liquatur, ex 100 partibus 36.6 pondere amissis. Ubi effervescentia cessaverit, ex hoc liquore nihil demittitur per potassæ bicarbonatem.

MAGNESIÆ SULPHAS (*crystalli*). Facillimè in aquâ liquatur. Acido sulphurico huic liquori instillato, acidum hydrochloricum nullum emittitur. Gr. 100 liquatis, et injectis in sodæ carbonatis liquorem ferventem, gr. 34 magnesiæ carbonatis exsiccatæ comparantur.

MARMOR, album, acido hydrochlorico diluto cum effervescentiâ, liquatur. Ex hoc liquore, Ammonia nihil demittit, vel adjectâ calcis sulphate in aquâ solutâ non permutatur.

MEL. Non nisi despumatum adhibendum est. In aquâ liquatum, potassii iodido et acido quovis simul adjectis, colorem cœruleum non exhibet.

MORPHIA. Aquâ frigidâ minimè, fervente paululùm, alcohole facillimè liquatur. Hic liquor, teste curcumâ, vim alkalinam exhibet et, ubi spiritus destillaverit, in crystallos abit, quæ igne totæ pereunt. Adjecto acido nitrico, primùm rubet, deindè flavet. Tinctura ferri sesquichloridi cœruleum colorem inducit. Chlorinium, ammoniâ additâ, fusco colore sales ejus inficit, qui, ubi plùs chlorinii addideris, effugit. Demittitur etiam morphia ex suis salibus per liquorem potassæ, quo suprà modum adjecto iterùm dissolvitur.

MORPHIÆ ACETAS (*crystalli*). In aquâ facillimè liquatur. Cætera se habent quemadmodum de morphiâ dictum est.

MORPHIÆ HYDROCHLORAS (*crystalli*). In aquâ liquatur. Quod ex hoc liquore per argenti nitratem demittitur, id neque ammoniâ nisi suprà modum additâ, neque acido hydrochlorico aut nitrico adjecto, omne dissolvitur.

OLEUM ÆTHEREUM. Odore proprio, minimè acri fruitur; in æthere sulphurico totum liquatur et nullam vim acidam in lacmum exercet. Hujus pondus specificum est 1.05.

PHOSPHORUS. Coloris ferè expers, ceræ

similis, translucet, lumen in tenebris edit. In plerisque oleis destillatis et in æthere sulphurico parùm liquatur. Hic non nisi in aquâ, intercluso luminis accessu, servari debet.

Plumbi Acetas (*crystalli*). In aquâ destillatâ liquatur. A sodæ carbonate dejicitur alba, a potassii iodido flava. Prætereà, acido hydrosulphurico adjecto, nigrescit. Acidum sulphuricum adjectum odores aceticos elicit. Igne primùm liquescit et postea in plumbum redigitur.

Plumbi Diacetatis Liquor. Hujus pondus specificum est 1.260. Cætera superiori respondent.

Plumbi Carbonas. Acido nitrico diluto, cum effervescentiâ, liquatur. Quod ex eo, per liquorem potassæ dejicitur, albet, et eodem suprà modum addito, iterùm dissolvitur; adjecto acido hydrosulphurico nigrescit. Igne flavescit et carbone simul addito in plumbum redigitur.

Plumbi Chloridum (*crystallinum*). In aquâ destillatâ fervente totum liquatur. Hujus liquoris major pars ubi refrixerit, in crystallos descendit. Adjecto acido hydrosulphurico fit coloris nigri. Igne flavescit.

PLUMBI IODIDUM in aquâ fervente totum liquatur, et ex eâ, ubi refrixerit, in squamulas flavas micantes descendit. Calore liquescit et in vapores primùm flavos, mox et violaceos major pars dissipatur.

PLUMBI OXYDUM (*semivitreum*). Ex acido nitrico diluto ferè totum liquatur. Cætera ut in Plumbi Carbonate præcedente.

PLUMBI OXYDUM (*hydratum*). Quod in quinæ disulphate præparandâ adhibetur, oportet ex acido nitrico diluto totum liquari possit. Cætera superiori respondent.

POTASSÆ LIQUOR. Hujus pondus specificum est 1.063. Curcumæ colorem fortitèr in fuscum mutat. Acido nitrico diluto addito, vel nullas, vel perpaucas bullulas acidi carbonici emittit. De saturato liquore nihil, aut propemodum nihil, dejicitur adjectâ vel sodæ carbonate, vel barii chlorido, vel argenti nitrate. Quod ex hoc liquore, vel ex quovis potassæ sale in aquâ soluto, per platini chloridum demittitur, subflavum est.

POTASSÆ HYDRAS. In aperto vase promptè liquescit. In alcohole tota solvitur. Cætera superiori respondent.

POTASSA CUM CALCE. Affusâ aquâ resoluta,

quolibet acido adhibito, nullas bullulas acidi carbonici emittit. In alcohole non omnis liquatur.

Potassæ Acetas. Et aquâ et alcohole tota liquatur. Hic liquor nec lacmum neque curcumam tingit. Nihil, ex eo, adjecto aut barii chlorido, aut argenti nitrate, demittitur, nisi hujus liquor fortior sit, in quo casu, id, quod demissum est, acido nitrico, facilè liquatur. Igné rubente, in potassæ carbonatem tota abit. Acidum sulphuricum adjectum odores aceticos elicit.

Potassæ Carbonas. In aquâ ferè omnis liquatur; tum in vase aperto, sponte suâ liquescit. Curcumæ colorem in fuscum mutat. Ubi acido nitrico supersaturata est, nihil indè demittit nec sodæ carbonas, neque barii chloridum, neque, nisi parcissimè, argenti nitras. Hujus partes 100 in igne acri 16 aquæ amittunt; tantundem adjecto acido sulphurico diluto 28 partes acidi carbonici emittit.

Potassæ Carbonatis liquor. Hujus pondus specificum est 1.473. Cætera superiori respondent.

Potassæ Bicarbonas (*crystalli*). In aquâ omnis liquatur, et curcumæ colorem levitèr mutat. Nihil, ex hoc liquore, nisi

calore adhibito, demittit magnesiæ sulphas. E partibus 100, expelluntur 29.7, igne rubente. Acido nitrico suprà modum priùs addito, nihil ex hoc demittit nec barii chloridum, nec nisi parcissimè, argenti nitras.

POTASSÆ CHLORAS (*crystalli*). In aquâ destillatâ omnis liquatur. Hic liquor nihil demittit, adjectâ argenti nitrate. Calore liquescit, et si acrius urgeatur calor, oxygenium amittit, et in potassii chloridum convertitur. Acidi sulphurici minimis perpaucis in crystallos instillatis, primùm flavescit sal, mox rubet, et chlorinii peroxydum exhalat.

POTASSÆ NITRAS (*crystalli*). In aquâ destillatâ omnis liquatur. Ex hoc liquore nihil, neque barii chloridum, neque argenti nitras demittit. Calore liquescit, et igne acri oxygenium edit. Ex hoc sale in pulverem trito, àcidum sulphuricum vapores nitricos elicit.

POTASSÆ SULPHAS (*crystalli*). In alcohole nihil, in aquâ destillatâ paululùm liquatur. Quod ex hoc liquore a platini chlorido demittitur, subflavum est; quodque a barii chlorido, albet. Id in acido nitrico dissolvi non potest.

POTASSÆ TARTRAS (*crystalli*). Facilè in

aquâ liquatur. Ex hoc liquore, acido ferè quolibet adjecto, potassæ bitartratis crystalli dejiciuntur, quæ plerumque vasi adhærent. Ex eodem liquore, quod aut a barii chlorido, aut a plumbi acetate, demittitur, id ab acido nitrico diluto dissolvitur.

POTASSÆ BITARTRAS (*crystalli*). Aquâ parcè liquatur. Lacmum colore rubro inficit. Igne rubente in carbonatem potassæ mutatur.

POTASSII BROMIDUM (*crystalli*). Aquâ totum liquatur. Lacmi et curcumæ colorem non mutat. Ex hoc liquore, barii chloridum nihil demittit. Acido sulphurico et amylo simul adjectis, flavet. Igni impositum, nihil ponderis amittit. Hujus salis gr. 10 argenti nitratis gr. 14.28 permutare valent sic, ut subflavum quid, argenti bromidum, dejiciatur quod ab ammoniâ, minimè autem ab acido nitrico, liquatur.

POTASSII FERROCYANIDUM (*crystalli*). Aquâ totum liquatur. E partibus 100, leni calore exhalant 12.6. Curcumæ colorem levitèr mutat. Quod, ex præparatis è ferri sesquioxydo, ab eo demittitur, cœruleum est; quodque ex præparatis è zinco, albet. Ubi ustum fuerit,

quod superest ab acido hydrochlorico liquatur, atque iterùm ammoniâ adjectâ, demittitur; è partibus 100, ferri sesquioxydi 18.7 redduntur.

Potassii Iodidum (*crystalli*). Et aquâ et alcohole totum liquatur. Curcumæ colorem vel non omninò vel levitèr modò mutat. Lacmi colorem non mutat. Igne subjecto, nihil ponderis amittit. Acido sulphurico et amylo simul adjectis, cœruleum fit. Hujus salis gr. 10 argenti nitratis gr. 10.24 permutandis sufficiunt, quodque dejicitur, acido nitrico partim liquatur et partim facie suâ mutatur; quod non fit adjectâ ammoniâ.

Potassii Sulphuretum. Recèns fractum exhibet colorem fusco-flavum. Aquâ vel acido ferè quolibet liquatum acidi hydrosulphurici odorem spirat. Aquâ liquatum flavet. Quod plumbi acetate dejicitur, primum rubet, deinde nigrescit.

Quina. Alkali ex Cinchonæ Cordifoliæ cortice paratum. In aquâ non nisi acido mixtâ, facillimè autem in alcohole liquatur. Curcumæ colorem mutat; amarum sapit. In igne tota perit.

Quinæ Disulphas (*crystalli*). In aquâ, præsertìm acido mixtâ, tota liquatur.

Ammoniâ dejicitur Quina, tum liquore consumpto, quod superest, non saccharum sapere debet. Quinæ disulphas leni calore è 100 sui partibus 8 vel 10 aquæ impertit. In igne tota perit. Primùm chlorinio, deinde ammoniâ additis, viret.

SODÆ ACETAS (*crystalli*). Aquâ tota, alcohole nòn omnino liquatur. Lacmi et curcumæ colorem non mutat. Non a barii chlorido, neque ab argenti nitrate dejicitur. Igne acri, in sodæ carbonatem transmutatur. Acidum sulphuricum adjectum odores aceticos elicit. Ex hoc vel ex alio quovis Sodæ sale in aquâ soluto nihil demittitur per platini chloridum.

SODÆ CARBONAS (*crystalli*). Recèns præparata translucet, sed in vase aperto, in pulverem mox fatiscit. In aquâ tota liquatur, non verò in alcohole. Curcumæ colorem, ut alkalina, mutat.

SODÆ CARBONAS EXSICCATA. In hoc sale exsiccando, crystallorum suprà descriptarum partes 100 aquæ partes 62 emittunt in igne acri. Cætera nihil mutantur.

SODÆ SESQUICARBONAS. In aquâ tota liquatur. Ex hoc liquore, nec platini chloridum neque magnesiæ sulphas, nisi

calore admoto, quicquam demittit. Igne acri in sodæ carbonatem exsiccatam convertitur.

Sodæ Carbonatis liquor effervescens. Lacmi color cœruleus in hoc liquore principio rubescit, mox calore adhibito, ubi cessaverit effervescentia, idem redit.

Sodæ Chlorinatæ liquor. Curcumæ color in hoc liquore principio in fuscum mutatur, mox omnis perit. Acido hydrochlorico diluto liquatur, acido carbonico et chlorinio simul emissis: liquor sulphatis indigo ab hoc decoloratur; calx è liquore calcis ab illo dejicitur.

Sodæ Phosphas (*crystalli*). Aëri exposita paululùm fatiscit. In aquâ tota, non in alcohole dissolvitur. Ex hoc liquore, quod a barii chlorido demittitur, albet, quodque ab argenti nitrate, nisi sodæ phosphas priùs usta fuerit, flavet. Utrumque in acido nitrico liquatur.

Sodæ Sulphas (*crystalli*). Aëri exposita in pulverem fatiscit. In aquâ tota, in alcohole minimè liquatur. Lacmi et curcumæ colorem non mutat. Argenti nitras vix quicquam ex liquore diluto demittit: plurimùm autem barytæ nitras; idque acido nitrico non dissolvitur. Hujus

salis crystalli ex 100 partibus 55 aquæ partes, in igne acri, exhalant.

SODÆ POTASSIO-TARTRAS (*crystalli*). In aquâ tota liquatur. Argenti nitras, itèm barii chloridum nihil demittit. Curcumæ aut lacmi colorem non mutat. Acidum sulphuricum adjectum in potassæ bitartratem pars convertitur.

SODII CHLORIDUM (*crystalli*). In aquâ seu frigidâ sive fervente pari ferè ratione liquatur. Lacmi et curcumæ colorem non mutat. Sodæ carbonas, itèm barytæ nitras, nihil aut ferè nihil demittit.

SPIRITUS ÆTHERIS NITRICI. Hujus pondus specificum est .834. Lacmi colorem in rubrum levitèr mutat. Sodæ carbonâte adjectâ, nullæ prodeunt acidi carbonici bullulæ. Quinetiam odore proprio dignoscitur.

SPIRITUS AMMONIÆ. Hujus pondus specificum est .860.

SPIRITUS AMMONIÆ AROMATICUS. Hujus pondus specificum est .914.

SPIRITUS AMMONIÆ FŒTIDUS. Hujus pondus specificum est .861.

SPIRITUS RECTIFICATUS. Hujus pondus specificum est .838. Coloris expers est, et aquâ adjectâ non obscuratur. Vinum olet et sapit. Hic spiritus ad normam

spiritûs tenuioris redigi potest, quibusque octariis quinque adjectis octariis tribus aquæ destillatæ, calore gradûs $62^{di}$.

Spiritus tenuior. Hujus pondus specificum est .920 imperii legibus definitum. Cætera superiori respondent.

Stannum. Cum acido hydrochlorico coctum ferè totum liquatur. Liquor coloris expers est, sed auri chlorido adjecto, purpurascit. Quod a potassâ dejicitur albet, et eâdem suprà modum additâ, iterùm dissolvitur. Hujus pondus specificum est 7.29.

Strychnia (*crystalli*). In alcohole fervente promptè liquatur; in aquâ non item. Igne liquescit; et si acrius urgeatur, tota consumitur. Viribus hæc induta violentis non temerè adhibenda est.

Sulphur (*sublimatum*). Calore gradûs $600^{mi}$ in vapores totum abit. Ubi aquâ lotum sit, lacmi colorem non mutat.

Veratria. Minimè in aquâ, magìs in alcohole, maximè autem in æthere sulphurico liquatur. Non olet, sed amarum sapit. Non temerè adhibenda est.

Zinci Sulphas (*crystalli*). In aquâ tota liquatur. Quod ab ammoniâ demittitur albet, idemque hâc suprà modum additâ

rursùs dissolvitur. Adjecto aut barii chlorido, aut plumbi acetate permutatur.

Zincum. Acido sulphurico diluto ferè totum liquatur. Hic liquor coloris expers est. Cætera ut in præcedente. Hujus pondus specificum est 6.86.

# PRÆPARATA ET COMPOSITA.

---

## ACIDA.

### ACETUM DESTILLATUM.

℞ Aceti congium;

Destillet Acetum, balneo arenæ, et retortâ vitreâ in receptaculum vitreum. Octarios septem primùm destillatos in usum serva.

### ACIDUM ACETICUM.

℞ Sodæ Acetatis libras duas,
Acidi Sulphurici uncias novem,
Aquæ destillatæ fluiduncias novem;

Sodæ Acetati in retortam vitream immissæ Acidum Sulphuricum Aquâ priùs mixtum adjice, tum balneo arenæ destillet Acidum. Cavendum est ne calor sub finem nimìs urgeatur.

## ACETUM CANTHARIDIS (*Epispasticum*).

℞ Cantharidis in pulverem tritæ uncias duas,
Acidi Acetici octarium;

Cantharidem macera cum Acido per dies octo, subindè agitans. Denique exprime et cola.

## ACETUM COLCHICI.

℞ Colchici Cormi recentis concisi unciam,
Aceti destillati fluiduncias sedecim,
Spiritûs tenuioris fluidunciam;

Colchici Cormum macera cum Aceto, in vaso vitreo operto, per dies tres; dein exprime et sepone, ut fæces subsidant; denique liquori defæcato Spiritum adjice.

## ACETUM SCILLÆ.

℞ Scillæ recèns exsiccatæ uncias quindecim,
Aceti destillati octarios sex,
Spiritûs tenuioris octarium dimidium;

Scillam macera cum Aceto, leni calore, in vase vitreo clauso, per horas viginti quatuor; dein exprime, et sepone, ut fæces subsidant; denique liquori defæcato Spiritum adjice.

## ACIDUM BENZOICUM.

℞ Benzöini libram;

Vasi idoneo arenæ imposito Benzöinum immitte, et calore paulatim aucto, sublima, donec nihil amplius ascendat; quod sublimatum est chartâ bibulâ involutum comprime, et a parte oleosâ separa, dein iterùm sublima.

## ACIDUM CITRICUM.

℞ Limonum Succi octarios quatuor,
Cretæ præparatæ uncias quatuor cum semisse,
Acidi Sulphurici diluti fluiduncias viginti septem cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Succo Limonum fervefacto Cretam paulatim adjice, et misce. Sepone ut subsidat pulvis, deindè liquorem supernatantem effunde. Calcis Citratem, aquâ tepidâ sæpiùs renovatâ, lava. Tum superinfunde Acidum Sulphuricum dilutum et aquam destillatam, et per quartam horæ partem coque. Liquorem per linteum fortitèr exprime, et cola. Colatum leni calore consume, et sepone, ut fiant crystalli.

Crystallos, ut puræ sint, iterùm et tertiò in aquâ liqua, eamque totiès cola, decoque, et sepone.

## ACIDUM HYDROCHLORICUM.

℞ Sodii Chloridi exsiccati libras duas,
Acidi Sulphurici uncias viginti,
Aquæ destillatæ fluiduncias viginti quatuor;

Sodii Chlorido in retortam vitream immisso, acidum aquæ fluidunciis duodecim priùs mixtum adjice. Aquæ quod reliquum est in receptaculum infunde; tum, retortâ aptatâ, in hanc aquam transeat Acidum, balneo arenæ, calore gradatim aucto, destillatum.

## ACIDUM HYDROCHLORICUM DILUTUM.

℞ Acidi Hydrochlorici fluiduncias quatuor,
Aquæ destillatæ fluiduncias duodecim;

Misce.

## ACIDUM HYDROCYANICUM DILUTUM.

℞ Potassii Ferrocyanidi uncias duas,
Acidi Sulphurici unciam cum semisse,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Acidum Aquæ fluidunciis quatuor misce, hisque, ubi refrixerint, in retortam vitream immissis, Potassii Ferrocyanidum Aquæ octario dimidio priùs liquatum adjice. Aquæ fluiduncias octo in receptaculum frigefactum infunde; tum, retortâ aptatâ, in hanc

Aquam transeant Acidi fluidunciæ sex, balneo arenæ, lento igne, destillatæ. Denique Aquæ destillatæ fluiduncias alias sex adde, vel quantum satis sit, ut Argenti Nitratis in Aquâ destillatâ liquatæ gr. 12.7, ab hujus Acidi gr. 100, accuratè saturentur.

Acidum Hydrocyanicum dilutum alitèr præparari potest, ubi ocỳus utendum est, ex Argenti Cyanidi granis novem cum semisse, adjectis Aquæ destillatæ fluidunciâ et Acidi Hydrochlorici diluti minimis novem simul commixtis. Omnia hæc in phialâ bene obturatâ agita: dein brevi morâ interpositâ in vas aliud liquorem limpidum effunde. Hunc intercluso luminis accessu, in usum serva.

## ACIDUM NITRICUM.

℞ Potassæ Nitratis exsiccatæ,
Acidi Sulphurici, singulorum libras duas;

Misce in retortâ vitreâ, tum balneo arenæ destillet Acidum.

## ACIDUM NITRICUM DILUTUM.

℞ Acidi Nitrici fluidunciam,
Aquæ destillatæ fluiduncias novem;

Misce.

## ACIDUM PHOSPHORICUM DILUTUM.

℞ Phosphori unciam,
Acidi Nitrici fluiduncias quatuor,
Aquæ destillatæ fluiduncias decem;

Acido Nitrico Aquâ mixto, et in retortâ vitreâ in balneum arenæ imposito, Phosphorum adjice; tum calorem adhibe, donec fluidunciæ octo prodierint. Hæ in retortam iterùm mittantur ut fluidunciæ octo destillent, quæ rejiciendæ sunt. Liquorem superstitem in capsulâ è Platino fictâ, consume donec unciæ duæ cum drachmis sex de toto restent. Denique Acido, ubi refrixerit, adjice aquæ destillatæ quantum satìs sit, ut fluidunciarum viginti octo mensuram accuratè impleat.

## ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

℞ Acidi Sulphurici fluidunciam cum semisse,
Aquæ destillatæ fluiduncias quatuordecim cum semisse;

Acidum Aquæ paulatim adjice, et misce.

## ACIDUM TARTARICUM.

℞ Potassæ Bitartratis libras quatuor,
Aquæ destillatæ ferventis congios duos cum semisse,

Cretæ præparatæ uncias viginti quinque et drachmas sex,
Acidi Sulphurici diluti octarios septem et fluiduncias septemdecim,
Acidi Hydrochlorici fluiduncias viginti sex cum semisse, vel quantum satìs sit;

Potassæ Bitartratem cum aquæ destillatæ congiis duobus coque et adde paulatim Cretæ præparatæ dimidiam partem; deinde, peractâ effervescentiâ, reliquam Cretam adjice in acido Hydrochlorico cum aquæ destillatæ octariis quatuor priùs liquatam. Denique sepone ut subsidat Calcis Tartras; liquorem effunde et Calcis Tartratem aquâ destillatâ sæpiùs lava, donec saporis expers sit. Tum superinfunde Acidum Sulphuricum dilutum, et per quartam horæ partem coque. Liquorem colatum leni calore consume, ut fiant crystalli.

Crystallos, ut puræ sint, iterùm et tertiò in aquâ liqua, eamque totiès cola, decoque, et sepone.

# ÆTHEREA.

## ÆTHER SULPHURICUS.

℞ Spiritûs rectificati libras tres,
Acidi Sulphurici libras duas,
Potassæ Carbonatis priùs ustæ unciam ;

Spiritûs libras duas retortæ vitreæ infunde, eique acidum adjice, et misce. Dein in arenam impone, et calorem auge, ità ut quam primum ebulliat liquor, transeatque Æther in vas recipiens glacie vel aquâ refrigeratum. Destillet liquor, donec pars aliqua gravior transire incipiat. Liquori, qui restat in retortâ, calore priùs imminuto, reliquum spiritum affunde, ut simili modo destillet æther.

Liquores destillatos conjunge, tum partem supernatantem effunde, eique adjice Potassæ Carbonatem, subindè per horam agitans. Denique ex retortâ amplâ destillet æther, et in vase obturato servetur.

## OLEUM ÆTHEREUM.

℞ Spiritûs rectificati libras duas,
Acidi Sulphurici libras quatuor,

Liquoris Potassæ,
Aquæ destillatæ, singulorum fluidunciam vel quantum satìs sit;

Spiritui Acidum cautè admisce. Destillet liquor donec spuma nigra succrescat; tum protinùs ab igne retortam remove. Liquorem supernatantem leviorem a graviori separa, eumque aëri in diem expone. Huic Liquorem Potassæ aquâ priùs mixtum adjice, et simul agita. Denique Oleum Æthereum benè lotum quod subsederit separa.

## SPIRITUS ÆTHERIS NITRICI.

℞ Spiritûs rectificati libras tres,
Acidi Nitrici uncias quatuor;

Spiritui Acidum paulatim adjice et misce; tum destillent fluidunciæ triginta duo.

## SPIRITUS ÆTHERIS SULPHURICI COMPOSITUS.

℞ Ætheris Sulphurici fluiduncias octo,
Spiritûs rectificati fluiduncias sedecim,
Olei Ætherei fluidrachmas tres;

Misce.

# ALKALINI.

---

## ACONITINA.

℞ Aconiti Radicis exsiccati et contusi libras duas,
Spiritûs rectificati congios tres,
Acidi Sulphurici diluti,
Ammoniæ Liquoris,
Carbonis Animalis purificati, singulorum quantum satis sit.

Aconitum cum Spiritûs congio per horam coque in retortâ cui receptaculum aptatum est. Liquorem effunde; et quod restat, cum altero Spiritûs congio et Spiritu recèns destillato iterùm coque, et liquorem etiam effunde. Idem tertiò fiat. Tum aconitum exprime, et liquoribus omnibus mixtis et colatis destillet Spiritus. Quod restat ad idoneam Extracti crassitudinem consume. Hoc in aquâ liqua, et cola. Liquorem leni calore consume ut, Syrupo non absimilis, spissescat. Huic adjice Acidi Sul-

phurici diluti aquâ destillatâ mixti quantum satìs sit ad aconitinam solvendam. Tandem Ammoniæ liquorem instilla, Aconitinamque demissam in acido Sulphurico diluto et aquâ, ut antè, mixto liqua. Dein Carbonem Animalis admisce, subindè agitans in horæ partem quartam. Denique cola, atque Ammoniæ liquore iterùm instillato ut demittatur Aconitina, lava et exsicca.

### AMMONIÆ SESQUICARBONAS.

℞ Ammoniæ Hydrochloratis libram,
Cretæ libram cum semisse;

Separatìm in pulverem tere; tum misce, et calore paulatìm aucto, sublima.

### LIQUOR AMMONIÆ SESQUICARBONATIS.

℞ Ammoniæ Sesquicarbonatis uncias quatuor,
Aquæ destillatæ octarium;

Liqua Ammoniæ Sesquicarbonatem in Aquâ, et cola.

### LIQUOR AMMONIÆ.

℞ Ammoniæ Hydrochloratis uncias decem,
Calcis uncias octo,
Aquæ octarios duos;

Calcem aquâ resolutam in retortam mitte,

dein Ammoniæ Hydrochloratem in frustula contritam et reliquam Aquam adjice. Destillent Liquoris Ammoniæ fluidunciæ quindecim.

## LIQUOR AMMONIÆ ACETATIS.

℞ Ammoniæ Sesquicarbonatis uncias quatuor cum semisse, vel quantum satìs sit,
Aceti destillati octarios quatuor;

Aceto Ammoniæ Sesquicarbonatem usque ad saturationem adjice.

## MORPHIA.

℞ Morphiæ Hydrochloratis unciam,
Liquoris Ammoniæ fluidrachmas quinque,
Aquæ destillatæ octarium;

Liquori Ammoniæ cum Aquæ destillatæ unciâ, Morphiæ Hydrochloratem in Aquæ octario priùs liquatam adjice, simùl agitans. Quod demissum est aquâ destillatâ lava et leni calore exsicca.

## MORPHIÆ ACETAS.

℞ Morphiæ drachmas sex,
Acidi Acetici fluidrachmas tres,
Aquæ destillatæ fluiduncias quatuor;

Acidum Aquâ misce et morphiæ superinfunde ad saturationem. Leni calore exhaletur liquor ut fiant crystalli.

## MORPHIÆ HYDROCHLORAS.

℞ Opii concisi libram,
Plumbi Chloridi crystallorum uncias duas, vel quantum satìs sit.
Carbonis Animalis purificati, uncias tres cum semisse,
Acidi Hydrochlorici,
Aquæ destillatæ,
Liquoris Ammoniæ, singulorum quantum satìs sit;

Opium in Aquæ destillatæ octariis quatuor macera per horas triginta, et contunde; deinde per horas alteras viginti digestum exprime. Quod restat, ut saporis expers sit, iterùm et tertio in Aquâ macera, idque totiès contunde et exprime. Liquores mistos calore gradûs 140:ni ad syrupi crassitudinem consume. Tum aquæ destillatæ octarios tres adjice et, ubi fæces omnes subsederint, liquorem supernatantem effunde. Huic Plumbi Chloridi uncias duas in aquæ destillatæ ferventis octariis quatuor priùs liquatas gradatìm adjice, vel quantum satìs sit, donec nihil ampliùs demittatur. Liquorem effunde et quod restat aquâ destil-

latâ sæpiùs affusâ lava. Deinde liquores inter se mistos, leni calore, ut ante, consume, et sepone ut fiant crystalli. Has linteo comprime, tum in aquæ destillatæ octario liqua, et cum Carbonis Animalis unciâ cum semisse, calore gradûs 120$^{mi}$ digere, tum cola. Denique, carbone eloto, cautè liquores consume ut puræ prodeant crystalli. Liquori effuso, unde crystalli primò separatæ sint, aquæ octario priùs addito, gradatìm instilla, subindè agitans, Liquoris Ammoniæ quantum satis sit ad omnem Morphiam demittendam. Huic aquâ destillatâ lotæ adjice Acidum Hydrochloricum, ut saturetur: deindè cum Carbonis Animalis unciis duabus digere, et cola. Denique, carbone omni eloto, cautè liquores consume, ut puræ prodeant crystalli.

## QUINÆ DISULPHAS.

℞ Cinchonæ cordifoliæ contusæ libras septem,
Acidi Sulphurici uncias novem,
Carbonis Animalis purificati, uncias duas,
Plumbi Oxydi hydrati,
Liquoris Ammoniæ,
Aquæ destillatæ, singulorum quantum satis sit;

Acidi Sulphurici uncias quatuor et drachmas duas Aquæ destillatæ congiis sex misce, iisque Cinchonam adjice ; coque per horam et cola. Quod restat, paritèr Acido et Aquâ, eâdem ratione, mixtis coque per horam iterumque cola. Denique Cinchonam ex Aquæ destillatæ congiis octo per horas tres decoque et cola. Quod restat, aquâ destillatâ fervente sæpiùs renovatâ, lava. Liquoribus commixtis Plumbi Oxydum adhuc humidum adde, usque ad saturationem. Liquorem supernatantem effunde et quod demissum est Aquâ destillatâ lava. Decoque liquores, in quartam horæ partem, et cola : tum Liquorem Ammoniæ gradatim adjice ad Quinam dejiciendam. Hanc lava donec nihil alkalini percipiendum sit. Quod restat Acido Sulphurico reliquo diluto saturetur. Postremò cum Carbonis Animalis unciis duabus digere, et cola. Denique, Carbone omni eloto, cautè liquorem consume, ut prodeant crystalli.

## STRYCHNIA.

℞ Strychni Nucis Vomicæ contusæ libras duas,
Spiritûs rectificati congios tres,
Acidi Sulphurici diluti,

Magnesiæ, singulorum quantum satìs sit;

Strychni nucem contusam cum Spiritûs congio, per horam coque in retortâ, cui receptaculum aptatum est. Liquorem effunde, et quod restat cum altero Spiritûs congio et Spiritu recèns destillato, iterum et tertiò coque et liquorem effunde. Strychni nucem exprime, et ex liquoribus mixtis et colatis destillet Spiritus. Quod restat ad idoneam extracti crassitudinem consume. Hoc in Aquâ frigidâ liqua et cola. Liquorem leni calore consume ut Syrupi crassitudinem habeat. Huic adhuc calenti Magnesiam ad saturationem usque paulatim adjice, simùl agitans. Sepone per dies duos, tum liquorem supernatantem effunde. Quod restat linteo involutum exprime. Id in Spiritu coque, tum cola, et destillet Spiritus. Reliquo adjice aliquantulum Acidi Sulphurici diluti Aquâ mixti, et leni calore macera. Sepone per horas viginti quatuor, ut in crystallos abeat. Has exprime et liqua. Denique his in Aquâ liquatis Ammoniam adjice, subindè agitans, ut demittatur Strychnia. Hanc postremò in Spiritu fervente liqua, et sepone ut puræ prodeant crystalli.

## VERATRIA.

℞ Sabadillæ contusæ libras duas,
Spiritûs rectificati congios tres,
Acidi Sulphurici diluti,
Ammoniæ Liquoris,
Carbonis Animalis purificati,
Magnesiæ, singulorum quantum satìs sit;

Sabadillam cum Spiritûs congio per horam coque in retortâ cui receptaculum aptatum est. Liquorem effunde, et quod restat cum altero Spiritûs congio et Spiritu recèns destillato iterùm coque, et liquorem effunde. Idque tertiò fiat. Sabadillam exprime et ex liquoribus mixtis et colatis destillet Spiritus. Quod restat ad idoneam extracti crassitudinem consume. Hoc in Aquâ, cui paulùm Acidi Sulphurici diluti adjectum est, ter aut sæpiùs coque, et liquores colatos ad Syrupi crassitudinem leni calore consume. Huic, ubi refrixerit, Magnesiam immisce subindè agitans; tum exprime, et lava. Idem bis aut tertiò fiat; dein quod restat exsicca, et Spiritu, leni calore, bis terve digere, et totiès cola. Postremò destillet Spiritus. Reliquum, in Aquâ cui paulum Acidi Sulphurici item Carbo Animalis adjectus est, coque in quartam horæ partem,

et cola. Denique, Carbone omni eloto, liquores cautè consume donec Syrupi crassitudinem habeant, iisque Ammoniæ tantum instilla, quantum ad Veratriam dejiciendam satìs sit. Hanc separa, et exsicca.

# ANIMALIA.

## CARBO ANIMALIS PURIFICATUS.

℞ Carbonis Animalis libram,
Acidi Hydrochlorici,
Aquæ, singulorum, fluiduncias duodecim;

Acidum Hydrochloricum aquâ misce, et Carboni paulatim superinfunde, tum per dies duos, leni calore digere, subindè agitans. Sepone, et liquorem supernatantem effunde, tum aquâ sæpiùs renovatâ carbonem lava, donec acidi nihil percipiendum sit; denique exsicca.

## CORNU USTUM.

Cornuum frusta in vase aperto ure, donec penitùs albescant; deinde contere, et præpara eodem modo, quo de Cretâ præceptum est.

## TESTÆ PRÆPARATÆ.

Testas, sordibus priùs purgatas, aquâ fervente lava, tum præpara eodem modo, quo de Cretâ præceptum est.

# AQUÆ DESTILLATÆ.

---

## AQUA DESTILLATA.

℞ Aquæ congios decem ;

Destillent primùm octarii duo, quibus abjectis, destillent congii octo. Aquam destillatam in lagenâ vitreâ serva.

## AQUA ANETHI.

℞ Anethi contusi libram cum semisse,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos ;

Destillet congius.

## AQUA CARUI,
## AQUA FŒNICULI,

Eodem modo præparantur quo Aqua Anethi.

## AQUA FLORUM AURANTII.

℞ Aurantii Florum libras decem,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos ;

Destillet congius.

## AQUA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contusi libram cum semisse,
*vel*
Olei Cinnamomi drachmas duas,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos;

Destillet congius.

## AQUA MENTHÆ PIPERITÆ.

℞ Menthæ piperitæ exsiccatæ libras duas,
*vel*
Olei Menthæ piperitæ drachmas duas,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos;

Destillet congius.

## AQUA MENTHÆ PULEGII,
## AQUA MENTHÆ VIRIDIS.

Eodem modo præparantur quo Aqua Menthæ Piperitæ. Ubi autem, vel in hâc, vel in illis destillandis, herba recens adhibetur, pondere duplo utendum est.

## AQUA PIMENTÆ.

℞ Pimentæ contusæ libram, *vel*
Olei Pimentæ drachmas duas,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos;

Destillet congius.

## AQUA ROSÆ.

℞ Rosæ Centifoliæ libras decem,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos;

Destillet congius.

## AQUA SAMBUCI.

℞ Sambuci Florum libras decem, *vel*
Olei Sambuci drachmas duas,
Spiritûs tenuioris fluiduncias septem,
Aquæ congios duos;

Destillet congius.

Aquæ destillatæ pleræque suprà dictæ brevissimo tempore præparari possunt, ubi ocyùs utendum est, tritâ diligenter Olei destillati cujuslibet drachmâ cum Magnesiæ Carbonatis drachmâ, deindè cum Aquæ destillatæ octariis quatuor. Denique liquor coletur.

# CATAPLASMATA.

---

## CATAPLASMA CONII.

℞ Extracti Conii uncias duas,
Aquæ octarium,
Misce, et adde
Lini seminum contusorum quod satis sit, ut idonea fiat crassitudo.

## CATAPLASMA FERMENTI.

℞ Farinæ libram,
Cerevisiæ Fermenti octarium dimidium;
Misce, et calorem lenem adhibe, donec intumescant.

## CATAPLASMA LINI.

℞ Aquæ ferventis octarium,
Lini seminum contritorum quod satis sit, ut idonea fiat crassitudo;
Misce.

## CATAPLASMA SINAPIS.

℞ Lini seminum,
Sinapis, singulorum contritorum libram dimidiam,
Aceti fervefacti quantum satis sit, ut fiat cataplasmatis crassitudo;

Misce.

# CERATA.

## CERATUM.

℞ Olivæ Olei fluiduncias quatuor,
Ceræ uncias quatuor;

Ceræ liquefactæ Oleum adjice, et misce.

## CERATUM CALAMINÆ.

℞ Calaminæ,
Ceræ, singularum libram dimidiam,
Olivæ Olei fluiduncias sedecim;

Oleum Cerâ liquefactâ misce; tum ab igne remove, et, ubi primùm lentescant, Calaminam adjice, et assiduè move, donec refrixerint.

## CERATUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum tritæ unciam,
Cerati Cetacei uncias sex;

Cerato igne emollito Cantharidem adjice, et misce.

## CERATUM CETACEI.

℞ Cetacei uncias duas,
Ceræ albæ uncias octo,
Olivæ Olei octarium;

Cetaceo et Ceræ simul liquefactis Oleum adjice, et spathâ move, donec refrixerint.

## CERATUM HYDRARGYRI COMPOSITUM.

℞ Unguenti Hydrargyri fortioris,
Cerati Saponis, singulorum uncias quatuor,
Camphoræ unciam;

Contere simul donec unum corpus sit.

## CERATUM PLUMBI ACETATIS.

℞ Plumbi Acetatis contritæ drachmas duas,
Ceræ albæ uncias duas,
Olivæ Olei fluiduncias octo;

Ceram in Olei fluidunciis septem liqua; tum his Plumbi Acetatem cum reliquo Oleo separatìm contritam paulatim adjice, et spathâ move, donec coïerint.

## CERATUM PLUMBI COMPOSITUM.

℞ Liquoris Plumbi Diacetatis fluiduncias tres,
Ceræ uncias quatuor,
Olivæ Olei octarium dimidium,
Camphoræ drachmam dimidiam;

Ceram liquefactam Olei fluidunciis octo misce; tum ab igne remove, et, ubi primùm lentescant, Liquorem Plumbi Diacetatis paulatim adjice, et spathâ assiduè move, donec refrixerint; denique his Camphoram, in reliquo Oleo liquatam, misce.

## CERATUM RESINÆ.

℞ Resinæ,
Ceræ, singularum libram,
Olivæ Olei fluiduncias sedecim;

Resinam et Ceram lento igne simul liquefac; dein Oleum adjice, et Ceratum adhuc calens per linteum exprime.

## CERATUM SABINÆ.

℞ Sabinæ contusæ libram,
Ceræ libram dimidiam,
Adipis libras duas;

Adipi et Ceræ simùl liquefactis Sabinam immisce; tum per linteum exprime.

## CERATUM SAPONIS.

℞ Saponis uncias decem,
Ceræ uncias duodecim cum semisse,
Plumbi Oxydi contriti uncias quindecim,
Olivæ Olei octarium,
Aceti congium;

Coque Acetum cum Plumbi Oxydo,

lento igne, assiduè movens, donec in unum coëant ; dein adjice Saponem, et iterùm simili modo coque, donec humor omnis consumptus fuerit ; denique his Ceram, ex Oleo priùs liquefactam, misce.

# CONFECTIONES.

---

## CONFECTIO AMYGDALÆ.

℞ Amygdalæ dulcis uncias octo,
Acaciæ contritæ unciam,
Sacchari uncias quatuor;

Amygdalis priùs in Aquâ frigidâ maceratis, demptisque pelliculis, omnia simùl contunde, donec corpus unum sit.

Confectio hæc diutius incorrupta servari potest si Amygdalæ, Acacia, et Saccharum separatim trita, demum misceantur. Tum quotiès Confectione utendum est, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

## CONFECTIO AROMATICA.

℞ Cinnamomi,
Myristicæ singulorum uncias duas,
Caryophylli unciam,
Cardamomi unciam dimidiam,
Croci uncias duas,
Cretæ præparatæ uncias sedecim,
Sacchari libras duas;

Arida simùl in pulverem subtilissimum

contere et vase obturato serva. Quotiès autem Confectione utendum est, Aquam paulatim adjice, et misce, donec corpus unum sit.

### CONFECTIO AURANTII.

℞ Aurantii Corticis recentis, radulâ separati, libram,
Sacchari libras tres;

Corticem, in mortario lapideo, pistillo ligneo contunde; tum, adjecto Saccharo, iterùm contunde, donec corpus unum sit.

### CONFECTIO CASSIÆ.

℞ Cassiæ libram dimidiam,
Mannæ uncias duas,
Tamarindi unciam,
Syrupi Rosæ fluiduncias octo;

Mannam contunde, tum in Syrupo liqua; deindè admisce Cassiam et Tamarindum, et humorem consume, donec idonea fiat crassitudo.

### CONFECTIO OPII.

℞ Opii duri contriti drachmas sex,
Piperis longi unciam,
Zingiberis uncias duas,
Carui uncias tres,
Tragacanthæ contritæ drachmas duas,
Syrupi fluiduncias sedecim;

Contere simùl in pulverem subtilissimum et in vase operto conserva. Quotiès autem confectione utendum est, Syrupi calefacti fluiduncias sedecim adjice et misce.

## CONFECTIO PIPERIS NIGRI.

℞ Piperis nigri,
Inulæ, singulorum libram,
Fœniculi libras tres,
Mellis,
Sacchari, singulorum libras duas;

Arida simul in pulverem subtilissimum contere et in vase operto conserva. Quotiès autem Confectione utendum est, adjecto melle contunde, donec corpus unum sit.

## CONFECTIO ROSÆ CANINÆ.

℞ Rosæ Caninæ libram,
Sacchari contriti uncias viginti;

Rosæ pulpam, in vase fictili, leni calori expone; tum Saccharum paulatim adjice, et tere simùl, donec corpus unum sit.

## CONFECTIO ROSÆ GALLICÆ.

℞ Rosæ Gallicæ libram,
Sacchari libras tres;

Rosæ petala in mortario lapideo contunde; tum, adjecto Saccharo, iterùm contunde, donec corpus unum sit.

## CONFECTIO RUTÆ.

℞ Rutæ exsiccatæ,
Carui,
Lauri Baccarum, singulorum unciam cum semisse,
Sagapeni unciam dimidiam,
Piperis nigri drachmas duas,
Mellis uncias sedecim ;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere et conserva. Tum quotiès Confectione utendum est, his adjice mel, et omnia misce.

## CONFECTIO SCAMMONII.

℞ Scammonii contriti unciam cum semisse,
Caryophylli contusi,
Zingiberis contritæ, singulorum drachmas sex,
Olei Carui fluidrachmam dimidiam,
Syrupi Rosæ quantum satis sit ;

Arida simul in pulverem subtilissimum tere et conserva ; tum, quotiès Confectione utendum est, instillato Syrupo, iterùm tere ; denique adjecto Oleo Carui, omnia misce.

## CONFECTIO SENNÆ.

℞ Sennæ uncias octo,

Ficorum libram,
Tamarindi,
Cassiæ,
Prunorum, singulorum libram dimidiam,
Coriandri uncias quatuor,
Glycyrrhizæ uncias tres,
Sacchari libras duas cum semisse,
Aquæ octarios tres;

Sennam cum Coriandro tere, et cribro separa pulveris misti uncias decem. Tum Aquam cum Ficis et Glycyrrhizâ adjectam ad dimidium decoque; deindè exprime, et cola. Liquorem colatum balneo aquoso consume, donec fluidunciæ viginti quatuor ex toto restent; tum, adjecto Saccharo, fiat Syrupus. Denique cum Syrupo Pulpas paulatim contere, et, injecto pulvere cribrato, omnia misce.

# DECOCTA.

## DECOCTUM ALOËS COMPOSITUM.

℞ Extracti Glycyrrhizæ drachmas septem,
Potassæ Carbonatis drachmam,
Aloës contritæ,
Myrrhæ contritæ,
Croci, singulorum drachmam cum semisse,
Tincturæ Cardamomi compositæ fluiduncias septem,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Glycyrrhizam, Potassæ Carbonatem, Aloën, Myrrham et Croci Stigmata decoque ex Aquâ ad octarium, et cola; tum adjice Tincturam Cardamomi compositam.

## DECOCTUM AMYLI.

℞ Amyli drachmas quatuor,
Aquæ octarium;

Amylum cum Aquâ paulatim instillatâ tere, dein paulisper coque.

## DECOCTUM CETRARIÆ.

℞ Cetrariæ drachmas quinque,
Aquæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM CHIMAPHILÆ.

℞ Chimaphilæ unciam,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM CINCHONÆ CORDIFOLIÆ.

℞ Cinchonæ Cordifoliæ contusæ drachmas decem,
Aquæ destillatæ octarium;

Coque per sextam horæ partem in vase levitèr clauso, et liquorem adhuc calentem cola.

## DECOCTUM CINCHONÆ LANCIFOLIÆ,

## DECOCTUM CINCHONÆ OBLONGIFOLIÆ,

Eodem modo præparantur quo Decoctum Cinchonæ Cordifoliæ.

## DECOCTUM CYDONIÆ.

℞ Cydoniæ drachmas duas,
Aquæ destillatæ octarium;

Coque lento igne per sextam horæ partem; dein cola.

### DECOCTUM DULCAMARÆ.

℞ Dulcamaræ concisæ drachmas decem,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

### DECOCTUM GRANATI.

℞ Granati uncias duas,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

### DECOCTUM HORDEI.

℞ Hordei uncias duas cum semisse,
Aquæ octarios quatuor cum semisse;

Res alienas Hordei Seminibus adhærentes aquâ primùm ablue; deindè, affuso aquæ octario dimidio, semina paulisper coque. Hâc aquâ abjectâ, superinfunde quod reliquum est, priùs fervefactum; tum decoque ad octarios duos, et cola.

### DECOCTUM HORDEI COMPOSITUM.

℞ Decocti Hordei octarios duos,
Ficorum concisorum uncias duas cum semisse,
Glycyrrhizæ concisæ et contusæ drachmas quinque,

Uvæ uncias duas cum semisse,
Aquæ octarium ;

Decoque ad octarios duos, et cola.

## DECOCTUM MALVÆ COMPOSITUM.

℞ Malvæ exsiccatæ unciam,
Anthemidis exsiccatæ unciam dimidiam,
Aquæ octarium ;

Coque per quartam horæ partem, et cola.

## DECOCTUM PAPAVERIS.

℞ Papaveris concisi uncias quatuor,
Aquæ octarios quatuor ;

Coque per quartam horæ partem, et cola.

## DECOCTUM QUERCUS.

℞ Quercûs contusæ drachmas decem,
Aquæ destillatæ octarios duos ;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM SARZÆ.

℞ Sarzæ concisæ uncias quinque,
Aquæ destillatæ ferventis octarios quatuor ;

Macera per horas quatuor, in vase levi-

tèr clauso, prope ignem; tum Sarzam exime et contunde. Contusam liquori redde, et iterùm simili modo macera per horas duas; dein decoque ad octarios duos, et cola.

### DECOCTUM SARZÆ COMPOSITUM.

℞ Decocti Sarzæ ferventis octarios quatuor,
Sassafras concisæ,
Guaiaci Ligni rasi,
Glycyrrhizæ contusæ, singulorum drachmas decem,
Mezerei drachmas tres;

Decoque per quartam horæ partem, et cola.

### DECOCTUM SCOPARII COMPOSITUM.

℞ Scoparii,
Juniperi Fructûs,
Taraxaci, singulorum unciam dimidiam,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

### DECOCTUM SENEGÆ.

℞ Senegæ drachmas decem,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM TORMENTILLÆ.

℞ Tormentillæ contusæ uncias duas,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM ULMI.

℞ Ulmi recentis contusæ uncias duas cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Decoque ad octarium, et cola.

## DECOCTUM VERATRI.

℞ Veratri contriti drachmas decem,
Aquæ destillatæ octarios duos,
Spiritûs rectificati fluiduncias tres;

Decoque Veratrum ex aquâ ad octarium, et ubi refrixerit, adjice Spiritum, tum exprime et cola.

## DECOCTUM UVÆ URSI.

℞ Uvæ ursi contusæ unciam,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Decoque ad octarium, et cola.

# EMPLASTRA.

## EMPLASTRUM AMMONIACI.

℞ Ammoniaci uncias quinque,
Aceti destillati fluiduncias octo;

Liqua Ammoniacum in Aceto; dein liquorem, lento igne, assiduè movens ad idoneam crassitudinem consume.

## EMPLASTRUM AMMONIACI CUM HYDRARGYRO.

℞ Ammoniaci libram,
Hydrargyri uncias tres,
Olivæ Olei fluidrachmam,
Sulphuris grana octo;

Oleo calefacto Sulphur paulatim adjice, spathâ assiduè movens, donec cöierint, deinde cum his Hydrargyrum tere, donec globuli non ampliùs conspiciantur; denique paulatim adjice Ammoniacum liquefactum, et omnia misce.

### EMPLASTRUM BELLADONNÆ.

℞ Emplastri Resinæ uncias tres,
Extracti Belladonnæ unciam cum semisse;

Emplastro, calore balnei aquosi, liquefacto Extractum adjice et misce.

### EMPLASTRUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum tritæ libram,
Emplastri Ceræ libram cum semisse,
Adipis libram dimidiam;

Emplastro et Adipi simul liquefactis, et ab igne remotis, paulò antequam concrescant, Cantharidem insperge atque omnia misce.

### EMPLASTRUM CERÆ.

℞ Ceræ,
Sevi, singulorum libras tres,
Resinæ libram;

Liquefac simul, et cola.

### EMPLASTRUM GALBANI.

℞ Galbani uncias octo,
Emplastri Plumbi libras tres,
Terebinthinæ vulgaris drachmas decem,
Abietis Resinæ contritæ uncias tres;

Galbano et Terebinthinæ simul liquefactis, primò Abietis Resinam, deinde Emplastrum Plumbi lento igne liquefactum adjice, atque omnia misce.

## EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri uncias tres,
Emplastri Plumbi libram,
Olivæ Olei fluidrachmam,
Sulphuris grana octo;

Oleo calefacto, Sulphur paulatim adjice, spathâ assiduè movens, donec cöierint, dein cum his Hydrargyrum tere, donec globuli non ampliùs conspiciantur; tum paulatim adjice Emplastrum Plumbi lento igne liquefactum, atque omnia misce.

## EMPLASTRUM OPII.

℞ Opii duri contriti unciam dimidiam,
Abietis Resinæ contritæ uncias tres,
Emplastri Plumbi libram,
Aquæ fluiduncias octo;

Emplastro liquefacto Abietis Resinam, Opium, et Aquam adjice, et lento igne decoque, donec omnia in idoneam crassitudinem coëant.

## EMPLASTRUM PICIS.

℞ Picis abietinæ libras duas,

Abietis Resinæ libram,
Resinæ,
Ceræ, singulorum uncias quatuor,
Myristicæ Olei expressi unciam,
Olivæ Olei,
Aquæ, singulorum fluiduncias duas;

Pici, Resinæ et Ceræ, simul liquefactis, primùm Abietis Resinam, dein Oleum Myristicæ, Oleum Olivæ, et Aquam adjice. Denique omnia misce, et ad idoneam crassitudinem decoque.

EMPLASTRUM PLUMBI.

℞ Plumbi Oxydi, in pulverem subtilissimum triti, libras sex,
Olivæ Olei congium,
Aquæ octarios duos;

Coque simul lento igne, assiduè movens, donec Oleum et Plumbi Oxydum in Emplastri crassitudinem coëant. Oportebit autem paululum Aquæ ferventis adjicere, si ea ferè omnis, quæ in principio adhibita est, ante finem coctionis fuerit absumpta.

EMPLASTRUM RESINÆ.

℞ Resinæ libram dimidiam,
Emplastri Plumbi libras tres;

Emplastro Plumbi, lento igne liquefacto, Resinam contritam adjice, et misce.

## EMPLASTRUM SAPONIS.

℞ Saponis concisi libram dimidiam,
Emplastri Plumbi libras tres;

Emplastro liquefacto Saponem admisce, tum ad idoneam crassitudinem decoque.

## ENEMATA.

### ENEMA ALOËS.

℞ Aloës scrupulos duos,
Potassæ Carbonatis grana quindecim,
Decocti Hordei octarium dimidium ;

Misce, et simul tere.

### ENEMA COLOCYNTHIDIS.

℞ Extracti Colocynthidis compositi scrupulos duos,
Saponis mollis unciam,
Aquæ fluiduncias octarium ;

Misce, et simul tere.

### ENEMA OPII.

℞ Decocti Amyli fluiduncias quatuor,
Tincturæ Opii minima triginta ;

Misce.

### ENEMA TABACI.

℞ Tabaci drachmam,
Aquæ ferventis octarium ;

Macera per horam et cola.

## ENEMA TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ Olei fluidunciam,
Vitelli ovi quod satis sit; tere simul et adde
Decocti Hordei fluiduncias novendecim;

Misce.

## EXTRACTA.

In Extractis præparandis, nisi alitèr indicatum sit, humorem, balneo aquoso, in patinâ quamprimùm consume, sub finem assiduè spathâ movens, donec crassitudo sit ad pilulas fingendas idonea.

Extractis omnibus mollioribus paululum Spiritûs rectificati insperge, ne mucida fiant.

### EXTRACTUM ACONITI.

℞ Aconiti foliorum recentium libram;

Contunde in mortario lapideo, insperso exiguo Aquæ; dein exprime succum, eumque non defæcatum ad idoneam crassitudinem consume.

### EXTRACTUM BELLADONNÆ.

### EXTRACTUM COLCHICI CORMI.

### EXTRACTUM CONII.

### EXTRACTUM DIGITALIS.

### EXTRACTUM HYOSCYAMI.

### EXTRACTUM LACTUCÆ.

Eodem modo præparantur quo Extractum Aconiti.

## EXTRACTUM ALOËS PURIFICATUM.

℞ Aloës contritæ uncias quindecim,
Aquæ ferventis congium;

Macera per triduum leni calore; dein cola, et sepone ut fæces subsidant. Liquorem defæcatum effunde, et ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM CINCHONÆ CORDIFOLIÆ.

℞ Cinchonæ cordifoliæ contusæ uncias quindecim,
Aquæ destillatæ congios quatuor;

Decoque ex Aquæ congio ad octarios sex, et liquorem adhuc calentem cola. Eodem modo corticem ex pari Aquæ mensurâ quatèr decoque, et cola. Denique liquores omnes in unum mistos ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM CINCHONÆ LANCIFOLIÆ.

## EXTRACTUM CINCHONÆ OBLONGIFOLIÆ.

Eodem modo præparantur quo Extractum Cinchonæ Cordifoliæ.

## EXTRACTUM COLCHICI ACETICUM.

℞ Colchici Cormi recentis libram,
Acidi Acetici fluiduncias tres;

Contunde Cormos, insperso gradatìm Acido Acetico, dein exprime succum, eumque in vase fictili plumbo non vitrifacto, ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

℞ Colocynthidis concisæ libram,
Aquæ destillatæ congios duos;

Misce, et coque lento igne per horas sex, Aquam destillatam subindè adjiciens, ut eandem mensuram semper impleat. Liquorem adhuc calentem cola; denique ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

℞ Colocynthidis concisæ uncias sex,
Aloës Extracti purificati uncias duodecim,
Scammonii contriti uncias quatuor,
Cardamomi contriti unciam,
Saponis uncias tres,
Spiritûs tenuioris congium;

Macera Colocynthidem in Spiritu leni calore, per quatriduum. Spiritum cola, eique adjice Aloën, Scammonium et Saponem; dein ad idoneam crassitudinem consume, Cardamomo sub finem admixto.

## EXTRACTUM ELATERII.

Elaterii Pepones maturos scinde, et succum levissimè expressum per cribrum setaceum tenuissimum cola; deindè per aliquot horas sepone, donec crassior pars subsederit. Rejectâ parte tenuiore supernatante, partem crassiorem leni calore exsicca.

## EXTRACTUM GENTIANÆ.

℞ Gentianæ concisæ libras duas cum semisse,
Aquæ destillatæ ferventis congios duos;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad congium, et liquorem adhuc calentem cola; denique ad idoneam crassitudinem consume.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.
EXTRACTUM HÆMATOXYLI.
EXTRACTUM LUPULI.
EXTRACTUM PAREIRÆ.
EXTRACTUM SARZÆ.
EXTRACTUM TARAXACI.
EXTRACTUM UVÆ URSI.

Eodem modo præparantur quo Extractum Gentianæ.

EXTRACTUM JALAPÆ.

℞ Jalapæ contritæ libras duas cum semisse,
Spiritûs rectificati congium,
Aquæ destillatæ congios duos;

Macera Jalapæ Radicem in Spiritu per quatriduum, et tincturam effunde. Residuum ex Aquâ decoque ad congium dimidium. Dein tincturam, et decoctum separatim cola; hoc consumatur, illa destillet, donec utrumque spissescat. Postremò, Extractum Resinâ misce, et ad idoneam crassitudinem consume.

Servetur hoc Extractum *molle*, quod ad pilulas fingendas aptum sit, et *durum*, quod in pulverem teri possit.

## EXTRACTUM OPII PURIFICATUM.

℞ Opii concisi uncias viginti,
Aquæ destillatæ congium;

Opio adjice exiguum Aquæ, et macera per horas duodecim, ut mollescat; tum, instillatâ paulatim reliquâ Aquâ, tere donec quam optimè misceantur, et sepone, ut fæces subsidant; dein liquorem cola, et ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM PAPAVERIS.

℞ Papaveris contusi, demptis seminibus, uncias quindecim,
Aquæ destillatæ ferventis congium;

Macera per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; denique ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM RHEI.

℞ Rhei contriti uncias quindecim,
Spiritûs tenuioris octarium,
Aquæ destillatæ octarios septem;

Macera per quatriduum leni calore, dein cola, et sepone, ut fæces subsidant. Liquorem effunde, eumque defæcatum ad idoneam crassitudinem consume.

## EXTRACTUM STRAMONII.

℞ Stramonii Seminum uncias quindecim,
Aquæ destillatæ ferventis congium;

Macera per horas quatuor, in vase leviter clauso propè ignem: dein Semina exime, et contunde in mortario lapideo: contusa liquori redde. Tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola. Denique ad idoneam crassitudinem consume.

# INFUSA.

## INFUSUM ANTHEMIDIS.

℞ Anthemidis drachmás quinque,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per sextam horæ partem, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM ARMORACIÆ COMPOSITUM.

℞ Armoraciæ concisæ,
Sinapis contusi, singulorum unciam,
Spiritûs Armoraciæ compositi fluidunciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera Radicem et Semina in Aquâ per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola; tum adjice Spiritum Armoraciæ compositum.

## INFUSUM AURANTII COMPOSITUM.

℞ Aurantii Corticis exsiccati unciam dimidiam,
Limonum Corticis recentis drachmas duas,

Caryophylli contusi drachmam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per quartam horæ partem, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM CALUMBÆ.

℞ Calumbæ concisæ drachmas quinque,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM CARYOPHYLLI.

℞ Caryophylli contusi drachmas tres,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM CASCARILLÆ.

℞ Cascarillæ contusæ unciam cum semisse,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM CATECHU COMPOSITUM.

℞ Catechu Extracti contriti drachmas sex,
Cinnamomi contusi drachmam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horam, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ lancifoliæ contusæ unciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas sex, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM CUSPARIÆ.

℞ Cuspariæ contusæ drachmas quinque,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM DIGITALIS.

℞ Digitalis Foliorum exsiccatorum drachmam,
Spiritûs Cinnamomi fluidunciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera Digitalis Folia in Aquâ per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola; tum adjice Spiritum.

## INFUSUM DIOSMÆ.

℞ Diosmæ unciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞ Gentianæ concisæ,
Aurantii Corticis exsiccati, singulorum drachmas duas,
Limonum Corticis recentis drachmas quatuor,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horam, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM LUPULI.

℞ Lupuli drachmas sex,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM KRAMERIÆ.

℞ Krameriæ unciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM LINI COMPOSITUM.

℞ Lini Seminum contusorum drachmas sex,
Glycyrrhizæ concisæ drachmas duas,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, propè ignem, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM PAREIRÆ.

℞ Pareiræ drachmas sex,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM QUASSIÆ.

℞ Quassiæ concisæ scrupulos duos,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM RHEI.

℞ Rhei concisi drachmas tres,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM ROSÆ COMPOSITUM.

℞ Rosæ Gallicæ exsiccatæ drachmas tres,
Acidi Sulphurici diluti fluidrachmam cum semisse,
Sacchari drachmas sex,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Rosæ Petalis Aquam superinfunde in

vase vitreo; dein Acidum immisce. Macera per horas sex et liquorem cola, denique Saccharum adjice.

### INFUSUM SCOPARII.

℞ Scoparii unciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Sennæ drachmas quindecim,
Zingiberis concisæ scrupulos quatuor,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horam, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM SERPENTARIÆ.

℞ Serpentariæ semunciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas quatuor, in vase levitèr clauso, et cola.

### INFUSUM SIMARUBÆ.

℞ Simarubæ contusæ drachmas tres,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horas duas, in vase levitèr clauso, et cola.

## INFUSUM VALERIANÆ.

℞ Valerianæ semunciam,
Aquæ destillatæ ferventis octarium;

Macera per horam dimidiam, in vase levitèr clauso, et cola.

# LINIMENTA.

## LINIMENTUM ÆRUGINIS.

℞ Æruginis contritæ unciam,
Aceti fluiduncias septem,
Mellis uncias quatuordecim;

Liqua Æruginem in Aceto, et per linteum cola; dein, instillato Melle, ad idoneam crassitudinem decoque.

## LINIMENTUM AMMONIÆ.

℞ Liquoris Ammoniæ fluidunciam,
Olivæ Olei fluiduncias duas;

Agita simul, donec misceantur.

## LINIMENTUM AMMONIÆ SESQUICARBONATIS.

℞ Liquoris Ammoniæ Sesquicarbonatis fluidunciam,
Olivæ Olei fluiduncias tres;

Agita simul, donec misceantur.

## LINIMENTUM CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ unciam,
Olivæ Olei fluiduncias quatuor;

Liqua Camphoram in Oleo.

## LINIMENTUM CAMPHORÆ COMPOSITUM.

℞ Camphoræ uncias duas cum semisse,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias septem cum semisse,
Spiritûs Lavandulæ octarium;

Liquorem Ammoniæ Spiritu misce; tum ex retortâ vitreâ, lento igne, destillet octarius; denique in hoc liqua Camphoram.

## LINIMENTUM HYDRARGYRI COMPOSITUM.

℞ Unguenti Hydrargyri fortioris,
Adipis, singulorum uncias quatuor,
Camphoræ unciam,
Spiritûs rectificati fluidrachmam,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias quatuor;

Camphoram primùm cum Spiritu tere, deindè, cum Adipe et Unguento Hydrargyri; denique, instillato paulatim Liquore Ammoniæ, omnia misce.

## LINIMENTUM OPII.

℞ Linimenti Saponis fluiduncias sex,
Tincturæ Opii fluiduncias duas;

Misce.

## LINIMENTUM SAPONIS.

℞ Saponis uncias tres,
Camphoræ unciam,
Spiritûs Rosmarini fluiduncias sedecim;

Liqua Camphoram in Spiritu; dein Saponem adjice, et macera leni calore, donec liquetur.

## LINIMENTUM TEREBINTHINÆ.

℞ Saponis mollis uncias duas,
Camphoræ unciam,
Terebinthinæ Olei fluiduncias sedecim;

Agita simul, donec misceantur.

# MELLITA.

## MEL BORACIS.

℞ Boracis contritæ drachmam,
Mellis unciam;

Misce.

## MEL ROSÆ.

℞ Rosæ Gallicæ exsiccatæ uncias quatuor,
Aquæ ferventis octarios duos cum semisse,
Mellis libras quinque;

Macera Rosæ Petala in Aquâ per horas sex; deindè liquori colato adjice mel, et balneo aquoso ad idoneam crassitudinem decoque.

## OXYMEL.

℞ Mellis libras decem,
Acidi Acetici octarium cum semisse;

Acidum Melle calefacto misce.

## OXYMEL SCILLÆ.

℞ Mellis libras tres,
Aceti Scillæ octarium cum semisse;

Decoque in vase vitreo, lento igne, ad idoneam crassitudinem.

# METALLICA.

## PRÆPARATA EX ALUMINIO.

### ALUMEN EXSICCATUM.

Alumen in vase fictili, ad ignem liquescat; tum augeatur ignis, donec ebullitio cessaverit.

### LIQUOR ALUMINIS COMPOSITUS.

℞ Aluminis,
Zinci Sulphatis, singulorum unciam,
Aquæ ferventis octarios tres;

Alumen et Zinci Sulphatem in Aquâ simul liqua; dein cola.

## PRÆPARATA EX ANTIMONIO.

### ANTIMONII OXYSULPHURETUM.

℞ Antimonii Sesquisulphureti contriti uncias septem,
Liquoris Potassæ octarios quatuor,

Aquæ destillatæ congios duos,
Acidi Sulphurici diluti quantum satìs sit;

Antimonii Sesquisulphuretum, Liquorem Potassæ et Aquam inter se misce, et coque igne lento per horas duas, subindè movens, adjectâ sæpè aquâ destillatâ, adeò ut eandem mensuram circiter impleat. Liquorem cola, eique instilla paulatim Acidi Sulphurici diluti quantum satìs sit ad Oxysulphuretum Antimonii dejiciendum; tum Aquâ Potassæ Sulphatem ablue et quod restat leni calore exsicca.

## ANTIMONII POTASSIO-TARTRAS.

℞ Antimonii Sesquisulphureti in pulverem contriti,
Potassæ Nitratis contritæ, singulorum libras duas,
Potassæ Bitartratis contritæ uncias quatuordecim,
Acidi Hydrochlorici fluiduncias quatuor,
Aquæ destillatæ congium;

Antimonii Sesquisulphuretum cum Potassæ Nitrate, adjecto subindè Acido Hydrochlorico, accuratè misce, et pulverem super laminam ferream inspersum accende. Quod restat, ubi refrixerit, in pulverem

subtilissimum tere, et aquâ fervente sæpius affusâ lava donec saporis expers sit. Pulverem ità præparatum Potassæ Bitartrate misce, et coque per horam dimidiam in aquæ destillatæ congio. Liquorem adhuc ferventem cola, et sepone ut fiant crystalli. His demptis et exsiccatis, liquor iterùm consumatur donec in crystallos abeat.

### VINUM ANTIMONII POTASSIO-TARTRATIS.

℞ Antimonii Potassio-Tartratis scrupulos duos,
Vini Xerici octarium;

Antimonii Potassio-Tartratem in Vino liqua.

### PULVIS ANTIMONII COMPOSITUS.

℞ Antimonii Sesquisulphureti contriti libram,
Cornuum rasorum libras duas;

Misce et conjice in crucibulum igne candens, et assiduè move donec vapor non ampliùs ascendat. Quod restat in pulverem tere et crucibulo idoneo immitte. Tum ignem subministra et paulatim auge ut candeat per horas duas. Reliquum tere ut fiat pulvis subtilissimus.

## PRÆPARATA EX ARGENTO.

---

### ARGENTI CYANIDUM.

℞ Argenti Nitratis uncias duas et drachmas duas,
Acidi Hydrocyanici diluti,
Aquæ destillatæ, singulorum octarium;

Argenti Nitratem in Aquâ liqua, iisque Acidum Hydrocyanicum dilutum adjice, et misce. Quod demissum est, id Aquâ destillatâ lava, et exsicca.

### ARGENTI NITRAS.

℞ Argenti unciam cum semisse,
Acidi Nitrici fluidunciam,
Aquæ destillatæ fluiduncias duas;

Acidum Nitricum Aquâ misce, et in his Argentum balneo arenæ liqua. Dein calorem paulatim auge, ut siccetur Argenti Nitras. Hanc in crucibulo, lento igne, liquefac, donec, expulsâ Aquâ, cessaverit ebullitio; tum statim effunde in formas idoneas.

### LIQUOR ARGENTI NITRATIS.

℞ Argenti Nitratis drachmam,
Aquæ destillatæ fluidunciam;

Argenti Nitratem in Aquâ liqua et cola, tum intercluso luminis accessu, in vase benè obturato serva.

## PRÆPARATUM EX ARSENICO.

---

### LIQUOR POTASSÆ ARSENITIS.

℞ Acidi Arseniosi in frustula triti,
Potassæ Carbonatis, singulorum grana octoginta,
Tincturæ Lavandulæ Compositæ fluidrachmas quinque,
Aquæ destillatæ octarium;

Acidum Arseniosum et Potasse Carbonatem cum Aquæ octario dimidio in vase vitreo coque, donec liquentur. Liquori frigefacto adjice Tincturam Lavandulæ Compositam. Denique adjice insuper Aquæ destillatæ quantum satìs sit, ut mensuram octarii accuratè impleat.

## PRÆPARATA È BARIO.

---

### BARII CHLORIDUM.

℞ Barytæ Carbonatis in frustula tritæ uncias decem,
Acidi Hydrochlorici octarium dimidium,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Acidum Aquâ misce, iisque Barytæ Carbonatem paulatim adjice. Tum, calore adhibito, et peractâ effervescentiâ, liquorem cola et decoque, ut fiant crystalli.

### LIQUOR BARII CHLORIDI.

℞ Barii Chloridi drachmam,
Aquæ destillatæ fluidunciam;

Barii Chloridum liqua, et cola.

## PRÆPARATUM È BISMUTHO.

---

### BISMUTHI TRISNITRAS.

℞ Bismuthi unciam,
Acidi Nitrici fluidunciam cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios tres;

Aquæ destillatæ fluidunciam Acido Nitrico misce, et Bismuthum in his liqua;

tum effunde liquorem. Huic Aquæ quod reliquum est adjice, et sepone ut subsidat pulvis. Deinde effuso liquore supernatante Bismuthi Trisnitratem Aquâ destillatâ lava, et leni calore exsicca.

## PRÆPARATA È CALCIO.

---

### CALX.

℞ Cretæ libram ;

In frustula contunde, et igne acerrimo combure per horam.

### LIQUOR CALCIS.

℞ Calcis selibram,
Aquæ destillatæ octarios duodecim ;

Calci Aquæ pauxillo priùs resolutæ reliquam Aquam affunde, et simul agita ; tum protinùs vas contege, et sepone per horas tres ; dein Liquorem cum Calce superstite in vasis vitreis obturatis serva, et, ubi utendum est, ex limpido Liquore sume.

### CALCII CHLORIDUM.

℞ Cretæ uncias quinque,
Acidi Hydrochlorici,
Aquæ destillatæ, singulorum octarium dimidium ;

Acidum Aquâ misce; hisque gradatim adjice Cretam usque ad saturationem. Tum peractâ effervescentiâ cola; liquorem consume donec sal exsiccetur. Hunc in crucibulum injice et ad ignem liquefactum super lapidem planum et nitidum effunde. Denique ubi refrixerit in frustula contunde, et in vase benè obturato serva.

## LIQUOR CALCII CHLORIDI.

℞ Calcii Chloridi uncias quatuor,
Aquæ destillatæ fluiduncias duodecim;

Calcii Chloridum liqua, et cola.

## CALX CHLORINATA.

℞ Calcis Hydratis libram,
Chlorinii quantum satis sit;

Calci in vase idoneo sparsæ Chlorinium immitte donec saturetur.

Chlorinium facillimè elicitur ex Manganesii Binoxydo, Acido Hydrochlorico adjecto, leni calore.

## CRETA PRÆPARATA.

℞ Cretæ libram,
Aquæ quantum satìs sit;

Cretæ adjice Aquæ paululum, et tere, ut fiat pulvis subtilis. Hunc in vas amplum cum Aquâ reliquâ conjice; tum agita, et, brevi morâ interpositâ, in vas aliud Aquam adhuc turbidam supernatantem transmitte, et sepone, ut subsidat pulvis; denique effusâ Aquâ, pulverem hunc exsicca, et in usum serva.

Eodem modo Testæ sordibus priùs purgatæ et Aquâ fervente lotæ præparantur.

## PRÆPARATA È CUPRO.

---

### CUPRI AMMONIO-SULPHAS.

℞ Cupri Sulphatis unciam,
Ammoniæ Sesquicarbonatis unciam cum semisse;

Tere simul, donec Acidum Carbonicum exire cessaverit; deindè Cupri Ammonio-Sulphatem, chartâ bibulâ involutam in aëre exsicca.

### LIQUOR CUPRI AMMONIO-SULPHATIS.

℞ Cupri Ammonio-Sulphatis drachmam,
Aquæ destillatæ octarium;

Cupri Ammonio-Sulphatem in Aquâ liqua, et cola.

## PRÆPARATA È FERRO.

### FERRI AMMONIO-CHLORIDUM.

℞ Ferri Sesquioxydi uncias tres,
Acidi Hydrochlorici octarium dimidium,
Ammoniæ Hydrochloratis libras duas cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios tres;

Acido Hydrochlorico, in vase idoneo, Ferri Sesquioxydum misce, et in balneo arenæ digere per horas duas; deindè Ammoniæ Hydrochloratem in Aquâ destillatâ priùs liquatam adjice; cola et liquorem omnem consume. Postremò quod restat in pulverem tere.

### TINCTURA FERRI AMMONIO-CHLORIDI.

℞ Ferri Ammonio-Chloridi uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarium;

Ferri Ammonio-Chloridum in Spiritu liqua, et cola.

### TINCTURA FERRI SESQUICHLORIDI.

℞ Ferri Sesquioxydi uncias sex,
Acidi Hydrochlorici octarium,
Spiritûs rectificati octarios tres;

Ferri Sesquioxydo superinfunde Acidum in vase vitreo, et per triduum digere, subindè agitans. Deinde Spiritum adjice, et cola.

## FERRI IODIDUM.

℞ Iodinii uncias sex,
Ferri Ramentorum uncias duas,
Aquæ destillatæ octarios quatuor cum semisse;

Iodinium Aquæ octariis quatuor misce, hisque adjice Ferrum. Calefac in balneo arenæ, et facto jam colore subviridi, liquorem effunde. Quod restat Aquæ ferventis octario dimidio lava. Vaporent liquores commixti et colati calore gradum 212$^{m}$ non superante, in vase ferreo, ut exsiccetur sal. Hunc in vase benè obturato, intercluso luminis accessu, serva.

## FERRI POTASSIO-TARTRAS.

℞ Ferri Sesquioxydi uncias tres,
Acidi Hydrochlorici octarium dimidium,
Liquoris Potassæ octarios quatuor cum semisse vel quantum satìs sit,
Potassæ Bitartratis uncias undecim cum semisse,
Liquoris Ammoniæ Sesquicarbonatis octarium vel quantum satìs sit,
Aquæ destillatæ congios tres;

Ferri Sesquioxydum Acido misce et per horas duas balneo arenæ digere. His Aquæ congios duos adjice, et sepone per horam, tum liquorem supernatantem effunde. Quod demissum est, adjecto Liquore Potassæ, Aquâ sæpius affusâ lava, et adhuc humidum cum Potassæ Bitartrate Aquæ congio priùs mixtâ decoque. Si liquor, Lacmo teste, acidus sit, ei Ammoniæ Sesquicarbonatis liquorem instilla, donec saturetur. Denique cola, et leni calore consumatur liquor ut sal siccus restet.

### FERRI SESQUIOXYDUM.

℞ Ferri Sulphatis libras quatuor,
Sodæ Carbonatis libras quatuor et uncias duas,
Aquæ ferventis congios sex ;

Ferri Sulphatem et Sodæ Carbonatem separatim liqua in Aquæ congiis tribus ; tum liquores inter se misce, et sepone, ut pulvis subsidat ; deindè, effuso liquore supernatante, quod demissum est, id in Aquâ lava, et exsicca.

### FERRI SULPHAS.

℞ Ferri Ramentorum uncias octo,
Acidi Sulphurici uncias quatuordecim,
Aquæ octarios quatuor ;

Acidum Sulphuricum Aquâ misce, hisque adjice Ferrum; tum calorem adhibe, et ubi bullulæ exire cessaverint, liquorem cola, et sepone ut fiant crystalli. Effusum liquorem consume ut in crystallos iterùm abeat. Has omnes exsicca.

## PRÆPARATA EX HYDRARGYRO.

---

### HYDRARGYRUM CUM CRETÂ.

℞ Hydrargyri uncias tres,
Cretæ præparatæ uncias quinque;

Tere simul, donec globuli non ampliùs conspiciantur.

### HYDRARGYRI OXYDUM.

℞ Hydrargyri Chloridi unciam,
Liquoris Calcis congium;

Misce et sæpius agita. Sepone, et ubi subsederit Oxydum, liquorem effunde. Denique in Aquâ destillatâ lava donec alkalini nihil percipi possit, et chartâ bibulâ involutum in aëre exsicca.

### HYDRARGYRI BINOXYDUM.

℞ Hydrargyri Bichloridi uncias quatuor,
Liquoris Potassæ fluiduncias viginti octo,
Aquæ destillatæ octarios sex;

Hydrargyri Bichloridum in Aquâ liqua; cola, et adjice Liquorem Potassæ. Pulverem demissum, effuso liquore, in Aquâ destillatâ lava, donec alkalini nihil percipi possit, et leni calore exsicca.

### HYDRARGYRI NITRICO-OXYDUM.

℞ Hydrargyri libras tres,
Acidi Nitrici libram cum semisse,
Aquæ destillatæ octarios duos;

Misce in vase idoneo, et lenem calorem adhibe, donec liquetur Hydrargyrum. Liquorem decoque; et quod restat tere in pulverem. Hunc in vas aliud quam minimè profundum conjice; tum ignem lenem adhibe, eumque paulatim auge, donec vapor ruber prodire cessaverit.

### HYDRARGYRI AMMONIO-CHLORIDUM.

℞ Hydrargyri Bichloridi uncias sex,
Aquæ destillatæ octarios sex,
Liquoris Ammoniæ fluiduncias octo;

Hydrargyri Bichloridum, calore adhibito,

in Aquâ liqua. Huic ubi refrixerit, Liquorem Ammoniæ adjice, subindè agitans. Pulverem demissum lava, donec saporis expers sit, denique exsicca.

## HYDRARGYRI CHLORIDUM.

℞ Hydrargyri libras quatuor,
Acidi Sulphurici libras tres,
Sodii Chloridi libram cum semisse,
Aquæ destillatæ quantum satìs sit;

Hydrargyri libras duas cum Acido Sulphurico in vase idoneo coque, donec Hydrargyri Bipersulphas sicca restet; hanc ubi refrixerit cum Hydrargyri libris duabus, in mortario fictili contere ut optimè misceantur. Dein Sodii Chloridum adjice, et simul tere, donec globuli non amplius conspiciantur; tum sublima. Sublimatum in pulverem subtilissimum contere et Aquâ destillatâ fervente diligenter lava et exsicca.

## HYDRARGYRI BICHLORIDUM.

℞ Hydrargyri libras duas,
Acidi Sulphurici libras tres,
Sodii Chloridi libram cum semisse;

Hydrargyrum cum Acido Sulphurico in vase idoneo decoque, donec Hydrargyri Bipersulphas sicca restet; hanc, ubi refrixerit, cum Sodii Chlorido in mortario fictili contere; tum calore sensim aucto, sublima.

## LIQUOR HYDRARGYRI BICHLORIDI.

℞ Hydrargyri Bichloridi,
Ammoniæ Hydrochloratis, singulorum grana decem,
Aquæ destillatæ octarium;

Hydrargyri Bichloridum et Ammoniæ Hydrochloratem simul in Aquâ liqua.

## HYDRARGYRI BICYANIDUM.

℞ Ferri Percyanidi uncias octo,
Hydrargyri Binoxydi uncias decem,
Aquæ destillatæ octarios quatuor;

Coque simul per horam dimidiam et cola. Liquorem consume ut fiant crystalli. Quod superest Aquâ destillatâ fervente sæpiùs lava, et liquores mixtos iterum consume ut fiant crystalli.

Hydrargyri Bicyanidum alitèr præparari potest, adjiciendo Hydrargyri Binoxydi quantum satìs sit ad saturandum accuratè Acidum Hydrocyanicum, quod ex Potassii Ferrocyanido cum Acido Sulphurico diluto fuerit destillatum.

## HYDRARGYRI IODIDUM.

℞ Hydrargyri unciam,
Iodinii drachmas quinque,
Alcoholis quantum satìs sit;

Tere simul Hydrargyrum et Iodinium, Alcohole paulatim adjecto, donec globuli non ampliùs conspiciantur. Pulverem leni calore, intercluso luminis accessu, quamprimùm exsicca, et in vase benè obturato serva.

### HYDRARGYRI BINIODIDUM.

℞ Hydrargyri unciam,
Iodinii drachmas decem,
Alcoholis quantum satìs sit ;

Tere simul Hydrargyrum et Iodinium, Alcohole paulatim adjecto, donec globuli non ampliùs conspiciantur. Pulverem leni calore exsicca, et in vase benè obturato serva.

### HYDRARGYRI BISULPHURETUM.

℞ Hydrargyri libras duas,
Sulphuris uncias quinque ;

Hydrargyrum Sulphure ad ignem liquefacto misce, et quamprimùm intumescat massa, vas ab igne remove, et fortitèr tege, ne fiat inflammatio ; deindè in pulverem tere, et sublima.

### HYDRARGYRI SULPHURETUM CUM SULPHURE.

℞ Hydrargyri,
Sulphuris, singulorum libram ;

Tere simul, donec globuli non ampliùs conspiciantur.

## PRÆPARATA EX MAGNESIO.

---

### MAGNESIA.

℞ Magnesiæ Carbonatis uncias quatuor;

Igne acri ure per horas duas.

### MAGNESIÆ CARBONAS.

℞ Magnesiæ Sulphatis libras quatuor,
Sodæ Carbonatis libras quatuor et uncias octo;
Aquæ destillatæ congios quatuor;

Sodæ Carbonatem et Magnesiæ Sulphatem in Aquæ congiis duobus separatim liqua, et cola: dein liquores misce, et coque, spathâ assiduè movens, per quartam horæ partem; denique liquore effuso pulverem demissum aquâ destillatâ fervente lava, et exsicca.

## PRÆPARATA È PLUMBO.

---

### PLUMBI ACETAS.

℞ Plumbi Oxydi in pulverem triti libras quatuor et uncias duas,

Acidi Acetici,
Aquæ destillatæ, singulorum octarios quatuor;

Acidum aquâ misce, iisque Plumbi Oxydum adjice, et leni calore adhibito liqua: dein cola. Denique liquorem consume ut fiant crystalli.

## LIQUOR PLUMBI DIACETATIS.

℞ Plumbi Acetatis libras duas et uncias tres,
Plumbi Oxydi in pulverem triti libram et uncias quatuor,
Aquæ octarios sex;

Coque per horam dimidiam subindè agitans, et ubi liquor refrixerit, adjice Aquæ destillatæ quantum satis sit, ut octarios sex impleat, denique cola.

## LIQUOR PLUMBI DIACETATIS DILUTUS.

℞ Liquoris Plumbi Diacetatis fluidrachmam cum semisse,
Aquæ destillatæ octarium,
Spiritûs tenuioris fluidrachmas duas;

Misce.

## PLUMBI CHLORIDUM.

℞ Plumbi Acetatis uncias novendecim,
Aquæ destillatæ ferventis octarios tres,
Sodii Chloridi uncias sex;

Plumbi Acetatem, et Sodii Chloridum separatim liqua, illam ex Aquæ destillatæ octariis tribus, hoc ex Aquæ destillatæ octario. Dein liquoribus inter se mixtis, quod demissum est, ubi refrixerit, aquâ destillatâ lava, et exsicca.

### PLUMBI IODIDUM.

℞ Plumbi Acetatis uncias novem,
Potassii Iodidi uncias septem,
Aquæ destillatæ congium;

Plumbi Acetatem in Aquæ octariis sex liqua et cola; iisque adjice Potassii Iodidum in Aquæ octariis duobus priùs liquatum. Quod demissum est lava, et exsicca.

### PLUMBI OXYDUM HYDRATUM.

℞ Liquoris Plumbi Diacetatis octarios sex,
Aquæ destillatæ congios tres,
Liquoris Potassæ octarios sex, vel quantum opus est ad Oxydum demittendum;

Misce. Quodque demissum est in Aquâ lava donec alkalini nihil supersit.

## PRÆPARATA È POTASSIO.

---

### LIQUOR POTASSÆ.

℞ Potassæ Carbonatis uncias quindecim,

Calcis uncias octo,
Aquæ destillatæ ferventis congium;

Liqua Potassæ Carbonatem in Aquæ congio dimidio. Calci insperge Aquæ pauxillum in vase fictili et resolutâ calce, reliquam aquam adjice. Liquores inter se protinùs commixtos operto vase subindè agita donec refrixerint. Tum sepone ut subsidat Calcis Carbonas. Denique liquorem supernatantem effusum, in ampullâ vitreâ viridi benè obturatâ, serva.

### LIQUOR POTASSÆ CARBONATIS.

℞ Potassæ Carbonatis uncias viginti,
Aquæ destillatæ octarium;

Liqua Potassæ Carbonatem in Aquâ, et cola.

### POTASSA CUM CALCE.

℞ Potassæ Hydratis,
Calcis, singularum unciam;

Tere simul, et in vase benè obturato serva.

### POTASSÆ HYDRAS.

℞ Liquoris potassæ congium;

Aquam in vase ferreo nitido ad ignem consume, donec, ebullitione finitâ, Potassæ

Hydras liquefiat; hanc in formas idoneas effunde.

## POTASSÆ ACETAS.

℞ Potassæ Carbonatis libram,
Acidi Acetici fluiduncias viginti sex,
Aquæ destillatæ fluiduncias duodecim;

Acido cum Aquâ priùs commixto Potassæ Carbonatem adjice usque ad saturationem, tum cola. Liquorem in balneo arenæ, calore cautè adhibito, consume donec sal exsiccetur.

## POTASSÆ CARBONAS.

℞ Potassæ Carbonatis impuræ libras duas,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse;

Liqua Potassæ Carbonatem impuram in Aquâ, et cola; tum in vas idoneum effunde, et Aquam consume, ut spissescat Liquor; dein spathâ assiduè move, donec sal concreverit.

Potassæ Carbonas magis pura præparari potest ex crystallis Potassæ Bicarbonatis ad rubedinem ustis.

## POTASSÆ BICARBONAS.

℞ Potassæ Carbonatis libras sex,
Aquæ destillatæ congium;

Potassæ Carbonatem in Aquâ liqua dein Acidum Carbonicum per liquorem transmitte usque ad saturationem. Lenem calorem admove, ut quæcunque factæ sint crystalli, rursùs solvantur. Tunc sepone ut denuò prodeant crystalli. Has effuso liquore exsicca.

Acidum Carbonicum facillimè elicitur ex Cretâ, in pulverem tritâ et Aquâ mixtâ ad syrupi crassitudinem, cui Acidum Sulphuricum deindè superinfunditur pari pondere Aquæ dilutum.

### LIQUOR POTASSÆ EFFERVESCENS.

℞ Potassæ Bicarbonatis drachmam,
Aquæ destillatæ octarium;

Potassæ Bicarbonatem in Aquâ liqua; eique Acidi Carbonici vi compressi immitte plusquam satìs sit ad saturationem. Liquorem in vase benè obturato serva.

### POTASSÆ SULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi Nitrici libras duas,
Aquæ ferventis congios duos;

Salem in crucibulo ure donec Acidum Sulphuricum supervacaneum penitùs expulsum fuerit, tum in Aquæ congiis duobus

coque donec pellicula supernatet et, liquore colato, sepone ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, exsicca.

### POTASSÆ BISULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi Nitrici libras duas,
Acidi Sulphurici libram,
Aquæ ferventis octarios sex;

Salem in Aquâ liqua, eique adjice Acidum et misce. Dein decoque, et sepone, ut fiant crystalli.

### POTASSÆ TARTRAS.

℞ Potassæ Bitartratis contritæ libras tres,
Potassæ Carbonatis uncias sedecim vel quantum satìs sit,
Aquæ ferventis octarios sex;

Potassæ Carbonatem in Aquâ fervente liqua; tum adjice Potassæ Bitartratem, et coque. Liquorem cola; dein decoque donec pellicula supernatet, et sepone ut fiant crystalli. Has effuso liquore, exsicca; iterùmque liquorem consume ut prodeant crystalli.

### POTASSII BROMIDUM.

℞ Brominii uncias duas

Potassæ Carbonatis uncias duas et drachmam,
Ferri Ramentorum unciam,
Aquæ destillatæ octarios tres;

Aquæ destillatæ octario cum semisse adjice principio Ferrum et posteà Brominium. Sepone per dimidiam horæ partem spathâ subindè agitans. Calorem lenem adhibe, et facto jam colore subviridi Potassæ Carbonatem reliquâ Aquâ liquatam infunde. Cola, et quod restat in Aquæ destillatæ ferventis octariis duobus lava, iterùmque cola. Consumantur liquores commixti ut fiant crystalli.

## POTASSII IODIDUM.

℞ Iodinii uncias sex,
Potassæ Carbonatis uncias quatuor,
Ferri Ramentorum uncias duas,
Aquæ destillatæ octarios sex;

Iodinium Aquæ octariis quatuor misce, et adjice ferrum, spathâ per dimidiam horæ partem subindè movens. Calorem lenem adhibe, et facto jam colore subviridi, Potassæ Carbonatem in Aquæ octariis duobus priùs liquatam adde, et cola. Quod restat in Aquæ destillatæ ferventis octariis duobus lava, iterumque cola. Consumantur liquores commixti ut fiant crystalli.

## LIQUOR POTASSII IODIDI COMPOSITUS.

℞ Potassii Iodidi grana decem,
Iodinii grana quinque,
Aquæ destillatæ octarium;

Misce ut liquentur.

## POTASSII SULPHURETUM.

℞ Sulphuris unciam,
Potassæ Carbonatis uncias quatuor;

Tere simul, et in crucibulo clauso super ignem impone, donec coïerint.

## PRÆPARATA È SODIO.

---

## SODÆ CARBONAS.

℞ Sodæ Carbonatis impuræ libras duas,
Aquæ destillatæ octarios quatuor;

Coque Sodæ Carbonatem impuram in Aquâ, et adhuc calidam cola. Denique sepone ut fiant crystalli.

## SODÆ CARBONAS EXSICCATA.

℞ Sodæ Carbonatis libram;

Sodæ Carbonati in vase idoneo calorem adhibe, donec exsiccetur, eamque posteà

usque ad rubedinem ure. Denique in pulverem tere.

### SODÆ SESQUICARBONAS.

℞ Sodæ Carbonatis libras septem,
Aquæ destillatæ congium;

Sodæ Carbonatem in Aquâ liqua, et cola; dein Acidum Carbonicum per liquorem transmitte usque ad saturationem ut subsidat sal. Hunc in linteo involutum et compressum, leni calore exsicca.

### SODÆ SULPHAS.

℞ Salis qui restat post destillationem Acidi Hydrochlorici libras duas,
Aquæ ferventis octarios duos,
Sodæ Carbonatis quantum opus est;

Liqua salem in Aquâ; tum adjice paulatim Sodæ Carbonatis quod satìs sit ad acidum saturandum. Decoque, donec pellicula appareat, et, liquore colato, sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, exsicca.

### SODÆ POTASSIO-TARTRAS.

℞ Potassæ Bitartratis contritæ uncias sedecim,

Sodæ Carbonatis uncias duodecim,
Aquæ ferventis octarios quatuor;

Sodæ Carbonatem in Aquâ fervente liqua, et adjice paulatim Potassæ Bitartratem. Liquorem cola; tum lenem calorem adhibe, donec pellicula supernatet, et sepone, ut fiant crystalli. Has, effuso liquore, exsicca. Liquorem iterùm consume ut in crystallos abeat.

### LIQUOR SODÆ EFFERVESCENS.

℞ Sodæ Sesquicarbonatis drachmam,
Aquæ destillatæ octarium;

Sodæ Carbonatem in Aquâ liqua; eique Acidi Carbonici vi compressi immitte plusquam satìs sit ad saturationem. Liquorem in vase benè obturato serva.

### LIQUOR SODÆ CHLORINATÆ.

℞ Sodæ Carbonatis libram,
Aquæ destillatæ fluiduncias quadraginta octo,
Sodii Chloridi uncias quatuor,
Manganesii Binoxydi uncias tres,
Acidi Sulphurici uncias quatuor;

Sodæ Carbonatem in Aquæ octariis duobus liqua; tum Sodii Chloridum et Man-

ganesii Binoxydum in pulverem contritum in retortam immitte; iisque adjice Acidum Sulphuricum aquæ fluidunciis tribus priùs mixtum et frigefactum. Calefac et Chlorinium primùm per aquæ fluiduncias quinque deindè per Sodæ Carbonatis liquorem suprà præscriptum transmitte.

## PRÆPARATA È ZINCO.

---

### CALAMINA PRÆPARATA.

Calaminam ure; tum contere. Deindè fiat pulvis subtilissimus eodem modo, quo Cretam præparari præcepimus.

### ZINCI OXYDUM.

℞ Zinci Sulphatis libram,
Ammoniæ Sesquicarbonatis uncias sex cum semisse,
Aquæ destillatæ congios tres;

Zinci Sulphatem et Ammoniæ Sesquicarbonatem in Aquæ destillatæ octariis duodecim separatim liqua, et cola; deindè misce. Quod demissum est affusâ sæpiùs aquâ lava et postremò igne acri per horas duas ure.

## ZINCI SULPHAS.

℞ Zinci frustulorum uncias quinque,
Acidi Sulphurici diluti octarios duos;

Zinci frustulis Acidum Sulphuricum dilutum paulatim superinfunde et finitâ effervescentiâ liquorem cola, tum decoque donec pellicula subnascatur. Denique sepone, ut fiant crystalli.

# MISTURÆ.

## MISTURA ACACIÆ.

℞ Acaciæ contritæ uncias decem,
Aquæ ferventis octarium ;

Acaciam cum Aquâ paulatim instillatâ tere, et liqua.

## MISTURA AMMONIACI.

℞ Ammoniaci drachmas quinque,
Aquæ octarium ;

Tere Ammoniacum cum Aquâ paulatim instillatâ, donec intimè misceantur.

## MISTURA AMYGDALÆ.

℞ Confectionis Amygdalæ uncias duas cum semisse,
Aquæ destillatæ octarium ;

Confectioni Amygdalæ Aquam paulatim inter terendum adjice, donec misceantur; dein per linteum cola.

## MISTURA ASSAFŒTIDÆ.

℞ Assafœtidæ drachmas quinque,
Aquæ octarium;

Tere Assafœtidam cum Aquâ paulatim instillatâ, donec intimè misceantur.

## MISTURA CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ drachmam dimidiam,
Spiritûs rectificati minima decem,
Aquæ octarium;

Camphoram primùm cum Spiritu tere, deindè cum Aquâ paulatim instillatâ, et per linteum cola.

## MISTURA CASCARILLÆ COMPOSITA.

℞ Infusi Cascarillæ fluiduncias septemdecim,
Aceti Scillæ fluidunciam,
Tincturæ Camphoræ Compositæ fluiduncias duas;

Misce.

## MISTURA CRETÆ.

℞ Cretæ præparatæ unciam dimidiam,
Sacchari drachmas tres,
Misturæ Acaciæ fluidunciam cum semisse,

Aquæ Cinnamomi fluiduncias octodecim;

Misce.

MISTURA FERRI COMPOSITA.

℞ Myrrhæ contritæ drachmas duas,
Potassæ Carbonatis drachmam,
Aquæ Rosæ fluiduncias octodecim,
Ferri Sulphatis contritæ scrupulos duos cum semisse,
Spiritûs Myristicæ fluidunciam,
Sacchari drachmas duas;

Myrrham cum Spiritu Myristicæ et Potassæ Carbonate simul tere, hisque, inter terendum, primum Aquam Rosæ cum Saccharo, deinde Ferri Sulphatem adjice. Misturam statim in vas vitreum idoneum immitte, idque obtura.

MISTURA GENTIANÆ COMPOSITA.

℞ Infusi Gentianæ Compositi fluiduncias duodecim,
Infusi Sennæ Compositi fluiduncias sex,
Tincturæ Cardamomi Compositæ fluiduncias duas;

Misce.

MISTURA GUAIACI.

℞ Guaiaci Resinæ drachmas tres,

Sacchari unciam dimidiam,
Misturæ Acaciæ fluidunciam dimidiam,
Aquæ Cinnamomi fluiduncias novendecim;

Tere Guaiacum cum Saccharo, deinde cum Misturâ Acaciæ, hisque, inter terendum, Aquam Cinnamomi paulatim adjice.

## MISTURA MOSCHI.

℞ Moschi,
Acaciæ contritæ,
Sacchari, singulorum drachmas tres,
Aquæ Rosæ octarium;

Tere Moschum cum Saccharo, deinde cum Acaciâ, instillatâ paulatim Aquâ Rosæ.

## MISTURA SPIRITÛS VINI GALLICI.

℞ Spiritûs Vini Gallici,
Aquæ Cinnamomi, singulorum fluiduncias quatuor,
Ovorum duorum vitellos,
Sacchari purificati unciam dimidiam,
Cinnamomi Olei minima duo;

Misce.

## OLEA DESTILLATA.

Oleum Anisi,
Anthemidis,
Carui,
Juniperi,
Lavandulæ,
Menthæ Piperitæ,
Menthæ Pulegii,
Menthæ Viridis,
Origani,
Pimentæ,
Rosmarini,
Sambuci.

Anisi, Carui, et Juniperi Fructus, Anthemidis, Lavandulæ et Sambuci Flores, Pimentæ Baccas, Rosmarini Cacumina, reliquas autem Herbas integras et recentes, adhibere oportet.

Horum quodvis in alembicum immitte, et aquæ tantum adjice quantum ad id contegendum satis sit; tum in vas frigidarium amplum destillet Oleum.

## OLEUM SUCCINI.

In Alembicum immitte Succinum, ut destillent balneo arenæ, calore paulatim aucto, Liquor Acidus, Oleum, et Sal Oleo inquinatus. Dein, iterùm et tertiò Oleum destillet.

## OLEUM TEREBINTHINÆ PURIFICATUM.

℞ Terebinthinæ Olei octarium,
Aquæ octarios quatuor;

Cautè destillet Oleum.

# PILULÆ.

## PILULÆ ALOËS COMPOSITÆ.

℞ Aloës contritæ unciam,
Extracti Gentianæ unciam dimidiam,
Carui Olei minima quadraginta,
Syrupi quantum satìs sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ ALOËS CUM MYRRHÂ.

℞ Aloës uncias duas,
Croci,
Myrrhæ, singulorum unciam,
Syrupi quantum satìs sit;

Aloën et Myrrham separatim in pulverem tere; tum omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ CAMBOGIÆ COMPOSITÆ.

℞ Cambogiæ contritæ drachmam,
Aloës contritæ drachmam cum semisse,
Zingiberis contritæ drachmam dimidiam,
Saponis drachmas duas;

Misce inter se pulveres; dein, adjecto Sapone, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ CONII COMPOSITÆ.

℞ Extracti Conii drachmas quinque,
Ipecacuanhæ contritæ drachmam,
Misturæ Acaciæ quantum satìs sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ FERRI COMPOSITÆ.

℞ Myrrhæ contritæ drachmas duas,
Sodæ Carbonatis,
Ferri Sulphatis,
Sacchari Fæcis, singulorum drachmam;

Tere Myrrham cum Sodæ Carbonate; tum, adjectâ Ferri Sulphate, iterum tere; dein omnia, in vase priùs calefacto, simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ GALBANI COMPOSITÆ.

℞ Galbani unciam,
Myrrhæ,
Sagapeni, singulorum unciam cum semisse,
Assafœtidæ unciam dimidiam,
Syrupi quantum satìs sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri drachmas duas,
Confectionis Rosæ Gallicæ drachmas tres,
Glycyrrhizæ contritæ drachmam;

Hydrargyrum cum Confectione tere, donec globuli non ampliùs conspici possint; deinde, adjectâ Glycyrrhizâ, omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ HYDRARGYRI CHLORIDI COMPOSITÆ.

℞ Hydrargyri Chloridi,
Antimonii Oxysulphureti, singulorum drachmas duas,
Guaiaci Resinæ contritæ unciam dimidiam,
Sacchari Fæcis drachmas duas;

Tere Hydrargyri Chloridum cum Antimonii Oxysulphureto, dein cum Guaiaci Resinâ, et Sacchari fæce, ut fiat unum corpus.

## PILULÆ HYDRARGYRI IODIDI.

℞ Hydrargyri Iodidi drachmam,
Confectionis Rosæ Caninæ drachmas tres,
Zingiberis contritæ drachmam;

Simul contunde donec corpus unum sit.

## PILULÆ IPECACUANHÆ COMPOSITÆ.

℞ Pulveris Ipecacuanhæ compositi drachmas tres,
Scillæ recèns exsiccatæ,
Ammoniaci, singulorum drachmam,
Misturæ Acaciæ quantum satis sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ RHEI COMPOSITÆ.

℞ Rhei contriti unciam,
Aloës contritæ drachmas sex,
Myrrhæ contritæ unciam dimidiam,
Saponis drachmam,
Carui Olei fluidrachmam dimidiam,
Syrupi quantum satis sit;

Misce inter se pulveres, tum omnia simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ SAGAPENI COMPOSITÆ.

℞ Sagapeni unciam,
Aloës drachmam dimidiam,
Syrupi Zingiberis quantum satis sit;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ SAPONIS COMPOSITÆ.

℞ Opii duri contriti unciam dimidiam,
Saponis uncias duas;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

## PILULÆ SCILLÆ COMPOSITÆ.

℞ Scillæ recèns exsiccatæ contritæ drachmam,
Zingiberis contritæ,
Ammoniaci contriti, singulorum drachmas duas,
Saponis drachmas tres,
Syrupi quantum satìs sit;

Misce inter se pulveres; deindè cum Sapone contunde, et adjice Syrupum, ut idonea fiat crassitudo.

## PILULÆ STYRACIS COMPOSITÆ.

℞ Styracis colati drachmas tres,
Opii duri contriti,
Croci, singulorum drachmam;

Simul contunde, donec corpus unum sit.

# PULVERES.

## PULVIS ALOËS COMPOSITUS.

℞ Aloës unciam cum semisse,
Guaiaci resinæ unciam,
Pulveris Cinnamomi compositi unciam dimidiam;

Aloën et Guaiaci resinam separatim in pulverem tere; dein cum Pulvere Cinnamomi composito misce.

## PULVIS CINNAMOMI COMPOSITUS.

℞ Cinnamomi uncias duas,
Cardamomi unciam cum semisse,
Zingiberis unciam,
Piperis longi unciam dimidiam;

Tere simul, ut fiat pulvis subtilissimus.

## PULVIS CRETÆ COMPOSITUS.

℞ Cretæ præparatæ libram dimidiam,
Cinnamomi uncias quatuor,
Tormentillæ,
Acaciæ, singulorum uncias tres,
Piperis longi unciam dimidiam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

### PULVIS CRETÆ COMPOSITUS CUM OPIO.

℞ Pulveris Cretæ Compositi uncias sex cum semisse,
Opii duri contriti scrupulos quatuor;

Misce.

### PULVIS JALAPÆ COMPOSITUS.

℞ Jalapæ uncias tres,
Potassæ Bitartratis uncias sex,
Zingiberis drachmas duas;

Separatim in pulverem tere; dein misce.

### PULVIS IPECACUANHÆ COMPOSITUS.

℞ Ipecacuanhæ contritæ,
Opii duri contriti, singulorum drachmam,
Potassæ Sulphatis contritæ unciam;

Misce.

### PULVIS KINO COMPOSITUS.

℞ Kino drachmas quindecim,
Cinnamomi unciam dimidiam,
Opii duri drachmam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

## PULVIS SCAMMONII COMPOSITUS.

℞ Scammonii,
Extracti Jalapæ duri, singulorum uncias duas,
Zingiberis unciam dimidiam;

Separatim in pulverem subtilissimum tere; dein misce.

## PULVIS TRAGACANTHÆ COMPOSITUS.

℞ Tragacanthæ contritæ,
Acaciæ contritæ,
Amyli, singulorum unciam cum semisse,
Sacchari uncias tres;

Amylum et Saccharum simul in pulverem tere; tum, adjectis Tragacanthâ et Acaciâ, omnia misce.

# SPIRITUS.

## ALCOHOL.

℞ Spiritus rectificati congium,
Calcii Chloridi libram;

Spiritui Calcii Chloridum injice et ubi liquefactum fuerit, destillent octarii septem et fluidunciæ quinque.

## SPIRITUS AMMONIÆ.

℞ Ammoniæ Hydrochloratis uncias decem,
Potassæ Carbonatis uncias sedecim,
Spiritûs rectificati,
Aquæ, singulorum octarios tres;

Misce, et destillent octarii tres.

## SPIRITUS AMMONIÆ AROMATICUS.

℞ Ammoniæ Hydrochloratis uncias quinque,
Potassæ Carbonatis uncias octo,
Cinnamomi contusi,
Caryophylli contusi, singulorum drachmas duas,
Limonum Corticis uncias quatuor,

Spiritûs rectificati,
Aquæ, singulorum octarios quatuor ;

Misce, et destillent octarii sex.

### SPIRITUS AMMONIÆ FŒTIDUS.

℞ Ammoniæ Hydrochloratis uncias decem,
Potassæ Carbonatis uncias sedecim,
Spiritûs rectificati,
Aquæ, singulorum octarios tres,
Assafœtidæ uncias quinque ;

Misce ; tum lento igne destillent octarii tres.

### SPIRITUS ANISI.

℞ Anisi contusi uncias decem,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarios duos ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

### SPIRITUS ARMORACIÆ COMPOSITUS.

℞ Armoraciæ concisæ,
Aurantii Corticis exsiccati, singulorum uncias viginti,
Myristicæ contusæ drachmas quinque,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarios duos ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS CARUI.

℞ Carui contusi uncias viginti duo,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarios duos ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi Olei drachmas duas,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarium ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

℞ Juniperi Fructûs contusi uncias quindecim,
Carui contusi,
Fœniculi contusi, singulorum uncias duas,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarios duos ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS LAVANDULÆ.

℞ Lavandulæ recentis libras duas cum semisse,
Spiritûs rectificati congium,
Aquæ octarios duos ;

Misce ; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS MENTHÆ PIPERITÆ.

℞ Menthæ piperitæ Olei drachmas tres,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarium;

Misce; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS MENTHÆ VIRIDIS,
## SPIRITUS MENTHÆ PULEGII.

Hi eodem modo præparantur, quo Spiritus Menthæ Piperitæ.

## SPIRITUS MYRISTICÆ.

℞ Myristicæ contusæ uncias duas cum semisse,
Spiritûs tenuioris congium,
Aquæ octarium;

Misce; tum lento igne destillet congius.

## SPIRITUS PIMENTÆ.

Hic eodem modo præparatur, quo Spiritus Myristicæ.

## SPIRITUS ROSMARINI.

℞ Rosmarini Olei drachmas duas,
Spiritûs rectificati congium,
Aquæ octarium;

Misce; tum lento igne destillet congius.

# SYRUPI.

Conserventur Syrupi in loco, ubi calor gradum 55um. nunquam excedat.

## SYRUPUS.

℞ Sacchari libras decem,
Aquæ octarios tres;

Saccharum in Aquâ, leni calore, liqua.

## SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞ Althææ Radicis contusæ uncias octo,
Sacchari libras duas cum semisse,
Aquæ octarios quatuor;

Decoque Aquam cum Radice ad dimidium, et liquorem frigefactum exprime. Sepone per horas viginti quatuor, ut fæces subsidant; tum liquorem effunde, atque adjecto Saccharo, ad idoneam crassitudinem decoque.

## SYRUPUS AURANTII.

℞ Aurantii Corticis recentis uncias duas cum semisse,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari libras tres;

Macera Corticem in Aquâ per horas duodecim, in vase levitèr operto, tum liquorem effunde, eique Saccharum adjice.

### SYRUPUS CROCI.

℞ Croci drachmas decem,
Aquæ ferventis octarium;
Sacchari libras tres;

Macera Crocum in Aquâ per horas duodecim, in vase levitèr operto: dein liquorem cola, et Saccharum adjice.

### SYRUPUS LIMONUM.

℞ Limonum Succi colati octarium,
Sacchari libras duas cum semisse;

Saccharum in Succo Limonum, leni calore, liqua; tum sepone per horas viginti quatuor, dein spumam aufer, et a fæcibus, si quæ sint, liquorem purum effunde.

### SYRUPUS MORI.

℞ Mororum Succi colati octarium,
Sacchari libras duas cum semisse;

Liqua Saccharum in Succo Mororum, leni calore, et eodem modo perfice, quo de Syrupo Limonum præceptum est.

### SYRUPUS PAPAVERIS.

℞ Papaveris libras tres,

Sacchari libras quinque,
Aquæ ferventis congios quinque;

Capsulas in Aquâ ad congios duos decoque, et fortitèr exprime. Liquorem colatum iterum decoque ad octarios quatuor, et adhuc ferventem cola. Sepone per horas duodecim, ut fæces subsidant; tum liquorem defæcatum decoque ad octarios duos; Saccharum adjice et liqua.

## SYRUPUS RHAMNI.

℞ Rhamni Succi recentis octarios quatuor,
Zingiberis concisæ,
Pimentæ contritæ, singulorum drachmas sex,
Sacchari libras quatuor;

Sepone Succum per triduum, ut fæces subsidant, et cola. Succi defæcati octario Zingiberem et Pimentam adjice; tum macera leni calore per horas quatuor, et cola; quod reliquum est ad mensuram octarii cum semisse decoque; liquores misce; Saccharum adjice et liqua.

## SYRUPUS RHŒADOS.

℞ Rhœados libram,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari libras duas cum semisse;

Aquæ, balneo aquoso calefactæ, Rhœadem paulatim adjice, subinde movens; tum, vase seposito, macera per horas duodecim; dein liquorem exprime, et postquam fæces subsederint Saccharum adjice, et liqua.

## SYRUPUS ROSÆ.

℞ Rosæ centifoliæ exsiccatæ uncias septem,
Sacchari libras sex,
Aquæ ferventis octarios tres;

Macera Rosæ Petala in Aquâ per horas duodecim, et cola. Liquorem colatum balneo aquoso consume ad octarios duos, dein Saccharum adjice, et liqua.

## SYRUPUS SARZÆ.

℞ Sarzæ concisæ uncias quindecim,
Aquæ ferventis congium,
Sacchari uncias quindecim;

Macera Sarzam in Aquâ per horas viginti quatuor; tum decoque ad octarios quatuor, et liquorem adhuc calentem cola; dein adjice Saccharum et ad idoneam crassitudinem consume.

## SYRUPUS SENNÆ.

℞ Sennæ uncias duas cum semisse,
Fœniculi contusi drachmas decem,

Mannæ uncias tres,
Sacchari uncias quindecim,
Aquæ ferventis octarium;

Sennam et Fœniculum in Aquâ macera leni calore per horam. Liquori colato Mannam et Saccharum immisce; dein decoque ad idoneam crassitudinem.

## SYRUPUS TOLUTANUS.

℞ Balsami Tolutani drachmas decem,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari libras duas cum semisse;

Coque Balsamum in Aquâ per horam dimidiam in vase levitèr clauso, subindè movens, et liquorem refrigeratum cola; dein Saccharum adjice, et liqua.

## SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞ Zingiberis concisæ uncias duas cum semisse,
Aquæ ferventis octarium,
Sacchari libras duas cum semisse;

Macera Zingiberem in Aquâ per horas quatuor, et cola; dein Saccharum adjice, et liqua.

## TINCTURÆ.

Tincturæ quælibet in vasis vitreis clausis præparari, et inter macerandum sæpiùs agitari, debent.

### TINCTURA ALOËS.

℞ Aloës contritæ unciam,
Extracti Glycyrrhizæ uncias tres,
Aquæ destillatæ octarium cum semisse,
Spiritûs rectificati octarium dimidium;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA ALOËS COMPOSITA.

℞ Aloës contritæ uncias quatuor,
Croci uncias duas,
Tincturæ Myrrhæ octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA AMMONIÆ COMPOSITA.

℞ Masticheš uncias duas,
Spiritûs rectificati fluidrachmas novem,
Lavandulæ Olei minima quatuordecim,
Succini Olei minima quatuor,
Liquoris Ammoniæ fortioris octarium;

Mastichen in Spiritu macera, ut liquetur, et tincturam defæcatam effunde; tum cætera adjice, et omnia simul agita.

### TINCTURA ASSAFŒTIDÆ.

℞ Assafœtidæ uncias quinque,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA AURANTII.

℞ Aurantii Corticis exsiccati uncias tres cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA BALSAMI TOLUTANI.

℞ Balsami Tolutani uncias duas,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera donec liquetur Balsamum, et cola.

### TINCTURA BENZOINI COMPOSITA.

℞ Benzöini uncias tres cum semisse,
Styracis colati uncias duas cum semisse,
Balsami Tolutani drachmas decem,
Aloës drachmas quinque,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA CALUMBÆ.

℞ Calumbæ concisæ uncias tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ uncias quinque,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Misce, ut liquetur Camphora.

### TINCTURA CAMPHORÆ COMPOSITA.

℞ Camphoræ scrupulos duos cùm semisse,
Opii duri contriti,
Acidi Benzöici, singulorum grana septuaginta duo,
Anisi Olei fluidrachmam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis contusæ drachmas quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA CAPSICI.

℞ Capsici contusi drachmas decem,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CARDAMOMI.

℞ Cardamomi contusi uncias tres cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CARDAMOMI COMPOSITA.

℞ Cardamomi,
Carui, singulorum contritorum drachmas duas cum semisse,
Cocci contriti drachmam,
Cinnamomi contusi drachmas quinque,
Uvæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CASCARILLÆ.

℞ Cascarillæ contritæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CASTOREI.

℞ Castorei contriti uncias duas cum semisse,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CATECHU.

℞ Catechu uncias tres cum semisse,
Cinnamomi contusi uncias duas cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CINCHONÆ.

℞ Cinchonæ cordifoliæ contritæ uncias octo,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA.

℞ Cinchonæ lancifoliæ contritæ uncias quatuor,
Aurantii Corticis exsiccati uncias tres,
Serpentariæ contusæ drachmas sex,
Croci drachmas duas,
Cocci contriti drachmam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contusi uncias tres cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA.

℞ Cinnamomi contusi unciam,
Cardamomi contusi unciam dimidiam,
Piperis longi contriti,
Zingiberis concisæ, singulorum drachmas duas cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA COLCHICI.

℞ Colchici Seminum contusorum uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA COLCHICI COMPOSITA.

℞ Colchici Seminum contusorum uncias quinque,
Spiritûs Ammoniæ Aromatici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CONII.

℞ Conii Foliorum exsiccatorum uncias quinque,
Cardamomi contusi unciam,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA CUBEBÆ.

℞ Cubebæ contritæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA DIGITALIS.

℞ Digitalis Foliorum exsiccatorum uncias quatuor,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA GALLÆ.

℞ Gallæ contritæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA GENTIANÆ COMPOSITA.

℞ Gentianæ concisæ uncias duas cum semisse,
Aurantii Corticis exsiccati drachmas decem,
Cardamomi contusi drachmas quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA GUAIACI.

℞ Guaiaci resinæ contritæ uncias septem,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA GUAIACI COMPOSITA.

℞ Guaiaci resinæ contritæ uncias septem,
Spiritûs Ammoniæ aromatici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA HELLEBORI.

℞ Hellebori contusi uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA HYOSCYAMI.

℞ Hyoscyami Foliorum exsiccatorum uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA JALAPÆ.

℞ Jalapæ contritæ uncias decem,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA IODINII COMPOSITA.

℞ Iodinii unciam,
Potassii Iodidi uncias duas,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera donec liquentur, et cola.

### TINCTURA KINO.

℞ Kino contriti uncias tres cum semisse,
Spiritûs rectificati octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA LAVANDULÆ COMPOSITA.

℞ Spiritûs Lavandulæ octarium cum semisse,
Spiritûs Rosmarini octarium dimidium,
Cinnamomi contusi,
Myristicæ contusæ, singulorum drachmas duas cum semisse,
Pterocarpi concisi drachmas quinque;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

### TINCTURA LUPULI.

℞ Lupuli uncias sex,
Spiritûs tenuioris octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contritæ uncias tres,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA OPII.

℞ Opii duri contriti uncias tres,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA RHEI COMPOSITA.

℞ Rhei concisi uncias duas cum semisse,
Glycyrrhizæ contusæ drachmas sex,
Zingiberis concisæ,
Croci, singulorum drachmas tres,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA SCILLÆ.

℞ Scillæ recèns exsiccatæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA SENNÆ COMPOSITA.

℞ Sennæ uncias tres cum semisse,
Carui contusi drachmas tres cum semisse,
Cardamomi contusi drachmam,

Uvæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA SERPENTARIÆ.

℞ Serpentariæ contusæ uncias tres cum semisse,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA VALERIANÆ.

℞ Valerianæ contusæ uncias quinque,
Spiritûs tenuioris octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA VALERIANÆ COMPOSITA.

℞ Valerianæ contusæ uncias quinque,
Spiritûs Ammoniæ aromatici octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

## TINCTURA ZINGIBERIS.

℞ Zingiberis concisæ uncias duas cum semisse,
Spiritûs rectificati octarios duos;
Macera per dies quatuordecim, et cola.

# VEGETABILIA.

---

Decerpenda sunt Vegetabilia, tempestate siccâ, nec imbribus, nec rore madefacta; quotannis colligenda sunt, et quæ diutiùs servata fuerint rejicienda.

Radices pleræque effodiendæ sunt antequam caules aut folia exserant.

Cortices colligi debent eâ tempestate, quâ facillimè a ligno separari possint.

Folia decerpenda sunt postquam flores expassi fuerint: et antequam semina maturuerint.

Flores legendi sunt nuper explicati.

Semina colligenda sunt jam matura, in propriis pericarpiis servanda.

## VEGETABILIUM PRÆPARATIO.

Vegetabilia, brevi postqúam decerpta fuerint, illis exceptis quæ recentia esse oportet, leviter strata, quam citissimè leni calore exsicca; dein in vasis idoneis, intercluso luminis et humoris accessu, conserva.

Radices, quas recentes servari præcepimus, in arenâ siccâ reconde. Colchici

Cormum et Scillæ Bulbum ante exsiccationem, tunicis aridis direptis, transversim in laminas tenues seca.

Fructus pulposos, si immaturi sint, vel maturi et sicci, sepone in loco humido, ut mollescant; dein pulpas per cribrum setaceum exprime; postea coque lento igne, crebrò movens; denique aquam balneo aquoso consume, donec pulpæ fiant idoneæ crassitudinis.

Cassiæ Leguminibus contusis Aquam ferventem superinfunde, ut pulpa eluatur, quam per cribrum rarum grandioribus foraminibus primùm exprime, postea per setaceum; deinde aquam balneo aquoso consume, donec pulpa idoneam crassitudinem habeat.

Fructuum maturorum et recentium pulpam vel succum per cribrum exprime, nullâ coctione adhibitâ.

## GUMMI-RESINÆ.

Opium a rebus alienis, præsertim externis, quam diligentissimè separa. Servetur Opium molle, quod ad pilulas fingendas aptum sit, et durum, quod balneo aquoso ita exsiccatum fuerit, ut in pulverem teri possit.

Gummi-Resinæ pro optimis habendæ

sunt, quæ veniunt adeo sinceræ, ut nullâ purificatione opus sit. Quæ vero minùs puræ esse videantur, in Aquâ coquendæ sunt, donec mollescant, et prelo exprimendæ per pannum cannabinum; dein seponendæ ut pars resinosa subsidat. Liquorem supernatantem effusum balneo aquoso consume, adjectâ sub finem parte resinosâ, quæ cum parte gummosâ in unum cöeat.

Ut purificentur Gummi-Resinæ facilè liquescentes, vesicâ bubulâ inclusæ in Aquâ fervente teneantur donec adeò molles fiant, ut per pannum cannabinum à sordibus prelo separari possint.

Styracem in Spiritu rectificato liqua, et cola; tum leni calore destillet Spiritus, donec idonea crassitudo fiat.

# VINA.

Vina medicata in vasis vitreis clausis præparari, et inter macerandum sæpiùs agitari, debent.

## VINUM ALOËS.

℞ Aloës in pulverem tritæ uncias duas,
Canellæ contritæ drachmas quatuor,
Vini Xerici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, subindè movens, et cola.

## VINUM COLCHICI.

℞ Colchici Cormi exsiccati concisi uncias octo,
Vini Xerici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## VINUM IPECACUANHÆ.

℞ Ipecacuanhæ contusæ uncias duas cum semisse,
Vini Xerici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## VINUM OPII.

℞ Extracti Opii purificati uncias duas cum semisse,
Cinnamomi contusi,
Caryophylli contusi, singulorum drachmas duas cum semisse,
Vini Xerici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

## VINUM VERATRI.

℞ Veratri concisi uncias octo,
Vini Xerici octarios duos;

Macera per dies quatuordecim, et cola.

# UNGUENTA.

## UNGUENTUM ANTIMONII POTASSIO-TARTRATIS.

℞ Antimonii Potassio-Tartratis in pulverem tritæ unciam,
Adipis uncias quatuor.

Misce.

## UNGUENTUM CANTHARIDIS.

℞ Cantharidis in pulverem subtilissimum contritæ unciam,
Aquæ destillatæ fluiduncias quatuor,
Cerati Resinæ uncias quatuor;

Aquam cum Cantharide decoque ad dimidium, et cola. Liquori colato immisce Ceratum; dein vaporet ad idoneam crassitudinem.

## UNGUENTUM CETACEI.

℞ Cetacei drachmas sex,
Ceræ albæ drachmas duas,
Olivæ Olei fluiduncias tres;

Lento igne simul liquefacta assiduè move, donec refrixerint.

## UNGUENTUM CREASOTI.

℞ Creasoti fluidrachmam dimidiam,
Adipis unciam;

Tere et misce.

## UNGUENTUM ELEMI.

℞ Elemi libram,
Terebinthinæ vulgaris uncias decem,
Sevi libras duas,
Olivæ Olei fluiduncias duas;

Elemi cum Sevo simul liquefac; tum ab igne remove, et his Terebinthinam et Oleum statim misce; deindè per linteum exprime.

## UNGUENTUM GALLÆ COMPOSITUM.

℞ Gallæ subtilissimè contritæ drachmas duas,
Adipis uncias duas,
Opii duri contriti drachmam dimidiam;

Misce.

## UNGUENTUM HYDRARGYRI FORTIUS.

℞ Hydrargyri libras duas,
Adipis uncias viginti tres,
Sevi unciam;

Tere primùm Hydrargyrum cum Sevo et exiguo Adipis, donec globuli non ampliùs

conspici possint; dein adjice Adipis quod reliquum est, et misce.

### UNGUENTUM HYDRARGYRI MITIUS.

℞ Unguenti Hydrargyri fortioris libram,
Adipis libras duas;

Misce.

### UNGUENTUM HYDRARGYRI NITRATIS.

℞ Hydrargyri unciam,
Acidi Nitrici fluidrachmas undecim,
Adipis uncias sex,
Olivæ Olei fluiduncias quatuor;

Hydrargyrum in Acido primùm liqua; dein liquorem adhuc calentem Adipe et Oleo simul liquefactis misce.

### UNGUENTUM HYDRARGYRI NITRICO-OXYDI.

℞ Hydrargyri Nitrico-Oxydi unciam,
Ceræ albæ uncias duas,
Adipis uncias sex;

Ceræ et Adipi, simul liquefactis, adjice Hydrargyri Nitrico-Oxydum in pulverem subtilissimum tritum, et misce.

### UNGUENTUM HYDRARGYRI IODIDI.

### UNGUENTUM HYDRARGYRI BINIODIDI.

Hæc eodem modo præparantur, quo

## Unguentum Hydrargyri Nitrico-Oxydi.

## UNGUENTUM HYDRARGYRI AMMONIO-CHLORIDI.

℞ Hydrargyri Ammonio-Chloridi drachmam,
Adipis unciam cum semisse;

Adipi, lento igne liquefactæ, adjice Hydrargyri Ammonio-Chloridum, et misce.

## UNGUENTUM IODINII COMPOSITUM.

℞ Iodinii drachmam dimidiam,
Potassii Iodidi drachmam,
Spiritûs rectificati fluidrachmam,
Adipis uncias duas;

Iodinium et Potassii Iodidum cum Spiritu primùm contere, dein adipe misce.

## UNGUENTUM PICIS LIQUIDÆ.

℞ Picis liquidæ,
Sevi, singulorum libram:

Liquefac simul, et per linteum exprime.

## UNGUENTUM PICIS NIGRÆ.

℞ Picis nigræ,
Ceræ,

Resinæ, singulorum uncias novem,
Olivæ Olei fluiduncias sedecim;

Liquefac simul, et per linteum exprime.

### UNGUENTUM PLUMBI COMPOSITUM.

℞ Cretæ preparatæ uncias octo,
Aceti destillati fluiduncias sex,
Emplastri Plumbi libras tres,
Olivæ Olei octarium;

Emplastrum in Oleo, lento igne liqua, dein Cretam Aceto separatim mistam, effervescentiâ peractâ, paulatim adjice, et assiduè move, donec refrixerint.

### UNGUENTUM PLUMBI IODIDI.

℞ Plumbi Iodidi unciam,
Adipis uncias octo;

Tere et misce.

### UNGUENTUM SAMBUCI.

℞ Sambuci,
Adipis, singulorum libras duas;

Adipi incoque Sambuci Flores, donec friabiles fiant; tum per linteum exprime.

### UNGUENTUM SULPHURIS.

℞ Sulphuris uncias tres,

Adipis libram dimidiam,
Bergamii Olei minima viginti;

Misce.

## UNGUENTUM SULPHURIS COMPOSITUM.

℞ Sulphuris libram dimidiam,
Veratri contriti uncias duas,
Potassæ Nitratis drachmam,
Saponis mollis libram dimidiam,
Adipis libram cum semisse,
Bergamii Olei minima triginta;

Misce.

## UNGUENTUM VERATRI.

℞ Veratri contriti uncias duas,
Adipis uncias octo,
Limonum Olei minima viginti;

Misce.

## UNGUENTUM ZINCI.

℞ Zinci Oxydi unciam,
Adipis uncias sex;

Misce.

# INDEX

## NOMINUM PRIORUM,

OSTENDENS AD QUOD HUJUS VOLUMINIS NOMEN QUODQUE PERTINET.

---

| NOMINA PRIORA. | NOMINA NOVA. |
| --- | --- |
| **A.** | |
| Acidum aceticum dilutum. | Acetum destillatum. |
| ——— muriaticum. | Acidum hydrochloricum. |
| Ammoniæ murias. | Ammoniæ hydrochloras. |
| ——— subcarbonas. | ——— sesquicarbonas. |
| Antimonii sulphuretum. | Antimonii sesquisulphuretum. |
| ——— sulphuretum præcipitatum. | ——— oxysulphuretum. |
| Antimonium tartarizatum. | ——— potassio-tartras. |
| Arsenicum album. | Acidum arseniosum. |
| **B.** | |
| Bismuthi subnitras. | Bismuthi trisnitras. |
| **C.** | |
| Calcis murias. | Calcii chloridum. |
| Ceratum simplex. | Ceratum. |
| Confectio amygdalarum. | Confectio amygdalæ. |

| NOMINA PRIORA. | NOMINA NOVA. |
| --- | --- |
| Hydrargyri sulphuretum nigrum. | Hydrargyri sulphuretum cum sulphure. |
| ——— sulphuretum rubrum. | ——— bisulphuretum. |
| ——— præcipitatum album. | ——— ammonio-chloridum. |
| **I.** | |
| Infusum caryophyllorum. | Infusum caryophylli. |
| **L.** | |
| Linimentum ammoniæ fortius. | Linimentum ammoniæ. |
| ——— ammoniæ subcarbonatis. | ——— ammoniæ sesquicarbonatis. |
| ——— hydrargyri. | ——— hydrargyri compositum. |
| ——— saponis compositum. | ——— saponis. |
| Liquor ammoniæ subcarbonatis. | Liquor ammoniæ sesquicarbonatis. |
| ——— arsenicalis. | ——— potassæ arsenitis. |
| ——— calcis muriatis. | ——— calcii chloridi. |
| ——— cupri ammoniati. | ——— cupri ammonio-sulphatis. |
| ——— hydrargyri oxymuriatis. | ——— hydrargyri bichloridi. |
| ——— plumbi subacetatis. | ——— plumbi diacetatis. |
| ——— potassæ subcarbonatis. | ——— potassæ carbonatis. |
| **M.** | |
| Magnesiæ subcarbonas. | Magnesiæ carbonas. |
| Mistura amygdalarum. | Mistura amygdalæ. |

| NOMINA PRIORA. | NOMINA NOVA. |
| --- | --- |
| Mucilago acaciæ. | Mistura acaciæ. |
| —— amyli. | Decoctum amyli. |
| **O.** | |
| Oleum pulegii. | Oleum menthæ pulegii. |
| —— terebinthinæ rectificatum. | —— terebinthinæ purificatum. |
| Oxymel simplex. | Oxymel. |
| **P.** | |
| Pilulæ hydrargyri submuriatis compositæ. | Pilulæ hydrargyri chloridi compositæ. |
| —— saponis cum opio. | —— saponis compositæ. |
| Plumbi oxydum semivitreum. | Plumbi oxydum. |
| —— subcarbonas. | —— carbonas. |
| Potassa fusa. | Potassæ hydras. |
| Potassæ carbonas. | —— bicarbonas. |
| —— subcarbonas. | —— carbonas. |
| —— supertartras. | —— bitartras. |
| —— sulphuretum. | Potassii sulphuretum. |
| Pulvis antimonialis. | Pulvis antimonii compositus. |
| **S.** | |
| Sodæ carbonas. | Sodæ sesquicarbonas. |
| —— murias. | Sodii chloridum. |
| —— subboras. | Sodæ biboras. |
| —— subcarbonas. | —— carbonas. |
| Soda tartarizata. | —— potassio-tartras. |
| Spiritus camphoræ. | Tinctura camphoræ. |
| —— lavandulæ compositus. | —— lavandulæ composita. |
| —— pulegii. | Spiritus menthæ pulegii. |

# INDEX

## MEDICAMENTORUM.

---

### A.

B.



C.

D.

E.

## H.



## I.

M.



O.

T.

Londini: Typis G. Woodfall, Angel Court, Skinner Street.